

voluntatem coactam, non valet, cap. Natuscisti, cum gloss. communis in verb. Licentiam 33. qua si. 5. Abb. in c. Cum lo- com, sub n. 6. de sponsalib. Tum arguendo a voto expulso- rum, quod tacitum annexum ordini; nam puer ordinatus in Subdia- conum ante ulum rationis non tenetur continere, quia sicut non potest se obligare ad votum expressè, ita nec tacitè, id- eundem Innoc. in c. Vel non est confors, sub n. 1. de tempor. 106 dicit. Et aliorum in decem allegat. ergo similiter sicut n. etus an- nullat votum expressum, cap. 1. de voto, cap. Verlatum, & cap. Cum dilectus, de his que vi met. cap. ita & tacitum, seu annexum ordini. Tum arguendo ab abjurato, quia si quis in ordine expressè voveret castitatem quod solet ab Episcopis exigi in ordinando, per cap. Quamquam, & ibi late Tur- re-rem, n. 2. dist. 23. Metus vitaret votum expressum per supradicta, & tamen non vitaret tacitum, in quo videtur in- esse minoratio obligationis, vel saltem par. & equalis, non major ad regulam. Expressè abest. Tum denique, quia ita se habet filius, & obsequantia tum Cancellarij, tum Peniten- tiarie, ut attestatur auctoritate citata in d. n. 9. & 27. Cum enim in hoc articulo auctores sint tam varij, & nihil certi in jure sit casuum, merito arctendi debet filius & obsequantia subsecuta, ad l. Si de interpretatione, §. de legib.

109 Nec procedit similitudo inter coactè baptizatum, & coactè ordinatum, nam baptizatus per metum idcirco tenetur vive- re ut Christianus, & sicut aatholicum profiteri, ut in d. cap. de Judais, 45. dist. 1. quia Sacramento Baptizatus est essentialiter, & naturaliter annexa obligatio procedit sicut.

110 At verò obligatio continendi non est annexa, sed diu Subs- tantialis essentialiter, seu naturaliter, sed non um accidentaliter ex raturo. Ecclesie: Fuit enim tempus quando Subdiacono licebat contrahere matrimonium, cap. Placuit, 32. dist. 1. cap. Ante triennium, 31. dist. & argum. cap. A multo, de stat. & qualis. Unde cum Subdiaconatus, & obligatio continen- tiae non sint jure naturae, vel divino inseparabiliter annexa sed jure tantum humano conjuncta, merito per metum, qui humana rescindit, & non divina, licet non impeditur essen- tia Sacramenti Ordinis, & impressio characteris, quae est divina, impeditur tamen conjunctio continentiae, quae est humana. Cujus rei inconsideratio fuit in causa, ut Gessfred. Abb. & sequaces contrariam partem errandi tenuerint, non advertentes ex antecedente ordinis illud quidem sequi, ut ordinatus in Subdiaconum per vim conditionalem teneatur secundum naturam, & essentialiter Subdiaconatus vivere, sed non secundum illius accidentia, quae per metum vitantur ut ex dictis constat, & ex hoc etiam patet solutio ad ob- jecta, quod Subdiaconus per metum promotus sit verus Subdiaconus, & quod de annexis idem sit iudicium, ut bene ibi per Rotam num. 24. & 25.

112 Praedictis tamen videtur obviare decretum Concilii Tolet. VIII. cap. 7. de his, qui post assumptam Ecclesiasticarum dig- nitatum officio, ad conjugia redeunt, tom 2. Concil. part. 2. pag. 491. col. 1. Cujus haec sunt verba: Quosdam enim aut eventa necessitatum, aut metu periculorum adeptos fuisse novimus Ecclesiasticarum officia dignitatum: & quoniam

cum illi haec imponerentur, id sibi fieri noluisse testati sunt idcirco haec spernunt, atque ad pristina revertuntur con- jugia nuptiaeque redeunt, tam nequiter collecta iura solventes, quam prompti sacris extant illecebris inhiantes & infra ad finem quod si quis post hoc perenni dispositionis edictum non sinceriter sacris inhiserit cultibus, & abjiciens a se gratiam quam accepit, relinquit ad conjugium, &c. Blos omni Ecclesiasticae ordinis dignitate privatur, & ut Apostata à S. Ecclesia in omnibus & societate fidelium habeatur prorsus exclusus, Monasterij claustris, donec advoerit, sub peniten- tia retrahendus. Haec hic unde patet ordinatum per metum etiam uxorem habeat, prohiberi ad conjugia redire.

At responderetur primò hoc decretum posse intelligi de his 114 qui libere postea ratificaverunt susceptum ordinem, nam me- tus & violentia purgantur per liberum consensum superve- nientem, ut per Hostiens. hic num. 38. in verb. Conditio- naliter, Joan. Andr. in fin. Henrich. Boich. num. 7. in fin. & Butr. num. 8. Quod colligitur tum ex illis verbis. Et cum haec sibi imponerentur, se noluisse testati sunt, quali- dicat, noluerunt non quidem ab initio, sed postea consen- serunt, nec non ex verbis sequentibus: Et abjiciens a se gratiam quam accepit, nam qui metu ordinatur, Sacra- mentum quidem suscipiunt, non gratiam, seu rem Sacramenti, ut patet ex dictis supra num. 84. Tum quia gravitas poenae quam imponit Concilium, non congruit exactè ordinatis nec potuisset Concilium prohibere sic ordinari, ne rediret ad postitum conjugium in praedictum uxoris non consentien- tia, ut dictum est supra num. 95.

Secundò posset responderi Concilium loqui de metu pro- 116 veniente ab intrinseco & causis naturalibus veluti si quis necessitate victus vel aliquo impulsu periculo, puta mortis ex infirmitate imminenti, Ordinem sacrum susceperit, ut innouat verba illa. (Aut eventus necessitatum, aut metu periculorum,) talis enim proculdubio tenetur continentiam servare, ut cap. Sicut, §. de secundo de Regal. & probavi in c. Si quis à n. 81. eod. tit.

Nec refragatur huic intellectui sequentia verba: No- 117 luisse testati sunt, quoniam intelligi debent de voluntate conditionali proveniente ex illo metu non autem de volun- tate absoluta. Absurdum enim fuisset tales ad continentiam compellere; quia ut legitur in fine hujus capituli, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit nec rem, nec characterem suscipit Sacramenti.

Alium intellectum ad Concilium Toletanum posuit Thom- 118 Sanchez de Matrimon. lib. 11. dist. 29. in fin. nempe Concilium secutum fuisse primam opinionem valde probabi- lem. Sed hoc stare non potest; tum quia in conjugato de quo Concilium loquitur, opinio obligans ad continentiam non est probabilis; cum oppositum teneant auctores utriusque sententiae. Tum quia si Concilium elapsisset opinionem val- de probabilem, tunc jam non esset opinio, sed Lex necessa- rio tenenda, ut est text. in Clem. unico, §. fin. & hic no- vat gloss. ult. communiter approbata, de Summa Trinitate & fide Catholica.



DE PRESBITERO NON BAPTIZATO

Innocentius III. Ferrarica. Episcopo.

CAPUT III.

Veniens ad Apostolicam Sedem J. lator praesentium, nobis exposuit, quod cum ad gradum Sacerdotii ascendisset, comperit tandem quod non fuerit secundum formam Evangelii baptizatus, unde nos eum ritè fecimus baptizari. Cumque super ordinibus fuisset diutius disputatum, quidam in eam declinaverunt sententiam, aut cum baptizatus sit fundamentum omnium Sacramentorum, ante susceptionem bap- tizati non suscipiatur aliud Sacramentum; quoniam ubi fundamentum non est, su- peraedificari non potest. Porro econtra posset: Nam cum quis non solum per Sacra- mentum fidei, sed per Fidem etiam Sacramenti, efficiatur proculdubio membrum Christi, & qui Christum habet per fidem, etiam si baptismum non habeat, habet utique fundamentum, praeter quod aliud poni non potest, quod est Christus Jesus super aedificare posse videtur, sicut salutifera opera, sic & quaelibet Ecclesiastica Sacramenta, cum illud non sit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus Sacramentis, quod baptismus sit fundamentum illorum: quoniam & Sacra- mentum ordinis non solum Pontificalis, sed Sacerdotalis etiam & Levitici ex institu- tione sua praecessit baptismum: per quod forsitan videtur, quod ante baptismum hujusmodi ordines possent ritè conferri, maxime his qui baptizati esse creduntur. Quia verò in Concilio apud Compendium legitur constitutum: quod si quis in Pres- biterum ordinatus, deprehenderit se non baptizatum, baptizetur & iterum ordinetur: Nos circa latorem praesentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes; Man- damus quatenus ipsum per singulos ordines, usque ad Sacerdotium promovere procuret & permittas eum in Sacerdotio ministrare: quia non intelligitur iteratum, quod ambi- gatur esse factum; nec male de Sacramento sentitur, cum illud non Religionis con- temptus, sed articulus necessitatis excludit. Et certè de illo, qui natus de Christianis parentibus & inter Christianos est fideliter conversatus, tam violenter praesumitur quod fuerit baptizatus, ut haec praesumptio pro certitudine sit habenda, donec eviden- tissimis forsitan argumentis contrarium probaretur.

Veniens. Summa hujus Decretalis habetur in c. 1. sup. 118
 119 cod. Vel sumari potest sic. Non baptizatus ordinari non potest, & si de facto ordinetur, non recipit Ordinis characterem, licet credatur baptizatus. Hoc dicit Abb. Sicu- lur. Primò ponit de Baptismo tradito ei qui non fuerat ritè baptizatus, secunda ibi, Cumque circa ordinem, allegat pro- & contra tertia hic, quia verò definit.
 Pro intelligentia hujus textus, vide quod scripsi in cap. Ne inanis n. 245. de Constitut.

DE RELIQUIIS, ET VENERATIONE SANCTORUM

Alexander III.

CAPUT I.

Audivimus, quod quidam inter vos diabolica fraude decepti, hominem quem- dam in potatione & ebrietate occisum, quasi sanctum (more infidelium) vene- rantur, Cum vix pro talibus in ebrietatibus peremptis, Ecclesia permittat orare: dicit enim Apostolus. Ebriosi regnum Dei non possidebunt, Illam ergo non praesumatis de caetero colere: cum etiam si per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro sancto, absque autoritate Romanae Ecclesiae venerari.

SUMMARIUM.

- 1 Pro Sancto aliquem venerari non licet sine licentia Pa-
pae etiam si in vita fecisset miracula & n. 20.
Declaratur, num. 13.
- 2 Canonizare quid sit.
- 3 Canonizari ut quis possit, qua sint inquirenda, & pro-
banda.
- 4 Miracula sola ad aliquem canonizandum non sufficiunt,
& n. seqq. usque ad n. 14.
- 5 Miracula quandoque sunt etiam per malos & peccatores
& n. 7. & 10.
- 6 Magi Pharaonis, an & qua miracula operati fuerint.
- 7 Antichristus nunquid faciet aliqua vera miracula?
- 8 Miraculum potest esse mendax tripliciter.
- 9 Fides pro ceteris virtutibus in miraculo operatur.
- 10 Fidem maximam quis potest habere sine charitate, ita ut
illius virtute faciat miracula.
- 11 Fides sine charitate pro canonizandi adulti non sufficit.
- 12 Charitas sola dividit inter filios Regni & inter filios per-
ditionis aeternae.
- 13 Ad canonizationem an sufficiat excellentia vitae sine mi-
raculis.
- 14 Puritas castitatis & stetit mortui non sunt canonizandi,
& est speciale in Innocentio ut pro Sanctis volatur.
- 15 Ad canonizationem Sanctorum qua maritatus & con-
silio, quove ordine sit procedendum.
- 16 In Martiribus canonizandi non requiritur examinatio,
sicut in Confessoribus.
- 17 Canonizandi modus qui vult servari, in primitiva Eccle-
siae non servabatur & est ibidem.
- 18 Praecepta quae sunt ad Episcopos in sua Dioecesi & cur. & seq.
- 19 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 20 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 21 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 22 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 23 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 24 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 25 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 26 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 27 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 28 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 29 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 30 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 31 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 32 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.
- 33 Praecepta quae sunt ad Episcopos in suis Dioecesi & cur. & seq.

Audivimus. Sine Papa licentia non licet aliquem venerari
pro Sancto. Hoc dicit secundum Joannem Andream &
omnes post eum. Primum excessum narrat. Secundum improbat
hic Cuius vix. Tertio prohibet hic Illam ergo
Quia hic tractant Doctores materiam Canonizationis Sanc-
torum ad evidentiam praemittit de hinc quatuor. Primum quid
sit Canonizatio. Secundum quid sit canonizandus. Tertium
quo ordine ad Canonizationem sit procedendum. Quartum
quid sit Canonizationis effectus.

Circa primum, canonizare est aliquem Sanctum per Papam
Catalogo aliorum Sanctorum inserbere; & publice ac solem-
niter, canonice ac regulariter declarare; de hinc ac statuere,
ut tanquam Sanctus ab omnibus honoretur; & pro ipso sicut
pro aliis Sanctis eadem conditionem certae die annuam solem-
ne officium celebratur. Ita Holt hic n. 3. qui sic supplet
descriptionem Innoc. in prima, & sequuntur Joannes Andreas
n. 2. Burr. n. 4. & Abbas n. 5. vel die secundum Augusti
Triumph. de potest. Eccles. q. 14. art. 1. in corp. & Sancti
Anton. in 3. part. tit. 22. c. 5. §. 5. Sanctum aliquem cano-
mizari non est aliud quam Sanctitatem aliquam venerandam
& approbandam manifestare propter fidem Ecclesiae ejus opera
imitantis & beneficia recipientis.

Circa secundum, canonizari potest ita tantum de cuius fide
& excellentia vitae, miracula per probationes constat, cap.
Venerabili supra de testib. & oportet tantam esse vitae excel-
lentiam ac tanta esse miracula ut excedant viam & potentiam
naturae. Nec sufficit una tantum excellentia vitae, imò multae
& continuae requiruntur. Ita Innoc. hic n. 1. qui singula haec

- eretur concernens publicam salutem, ut prodigionis
patriae, vel conspirationis in Principem & num. seqq.
usque in finem.
- 34 Ebrietas peccata vitium est secretum nullum confidere
& num. seqq. & num. 45.
- 35 Ebrietas quae mala producat & n. 55. & 64.
- 36 In vino veritas & num. 45.
- 37 Ebrietas voluntaria non est intrinsece mala.
Contrarium, num. 63.
- 38 Ebrietas formalis vel materialis quando dicitur n. 65.
- 39 Ebrietas incipit a Noe, qui frum plantavit vineam.
- 40 Voluntas specficatur ab objecto.
- 41 Ebrietas licita est ad evitandum servitium Tyranni.
Contrarium, num. 67.
- 42 Iudex ob publicam salutem potest recedere a iure communi.
Contrarium, num. 69.
- 43 Declaratur num. 49. & 70.
- 44 Princeps potest manu regia causas cognoscere & termi-
nare, omisso rigore iudicario.
- 45 Princeps pro alio publicam salutem iurari debet.
- 46 Tortura ad purgandum iudicium, ut reus puram veritatem
dixisse confiteatur.
- 47 Tortura sine novis iudicij repeti non debet.
- 48 Benedictio extorcinario uti licet, quando per Ordinarium
non est sufficiens consultum.
- 49 Dimmoda tamen extraordinarium non sit in iure improbatum
- 50 Remedium juris quandoque suspensum, non est recurrendum ad
remedium facti.
- 51 Tortura in iudicio tormenti genere inferenda non est.
- 52 Tortura non potest, nisi legitime praecedentibus iudicij.
- 53 Etiam pro crimine laesa Majestatis & prodigionis patriae.
Et de Mandato Principis.
- 54 Ebrietas tactura gravior est quam tortura confecta.
- 55 Remedio quolibet utendum est ad eam tantum finem ad
quam est introductum & n. 65. & 67.
- 56 Ebris testimonium non valet & n. seqq.
- 57 Testes de honestate examinari non debent, nisi se juncti.
- 58 Testis non juratus non probat.
- 59 Papa dispensare non potest, ut testis deponat sine iuramento
enique fides adhibeatur.
- 60 Ad probandum quis non debet admitti quod probatum non
releuat.
- 61 Ebris quandoque effutunt falsa.
- 62 Ebris regnum Dei non possidebunt.
- 63 Ebrietas est mater omnium flagitiorum.
- 64 Ebrietas cur sit licita ad salutandam corporalem, non
autem ad salutem Reipublicae vel ad evitandum servitium
Tyranni & n. 67.
- 65 Moralitas recipiunt spiritum vero ad his qui per accidentia
veniunt, sed ab eo quod est spiritum & per se intentum.
- 66 Descriptio propria vitae transponit desensionem patriae & sa-
crilegium.
- 67 Princeps est solutus legibus humanis, sed non lege naturali
& Divina.

requisita egregie probat inducens ad hoc auctoritatem, Eccle-
siast. 44. Laudamus viros gloriosos &c. eique per omnia sub-
scribunt Holt. sub n. 5. ver. Hoc autem secundum Dominum
nostrum & n. 6. Joan. And. n. 4. Burr. n. 7. ver. Et ulterius
Card. & Anchar. imo n. 5. quibus adde Holt. in e. Vene-
rabilis n. 2. supra de testib. ubi ait. Ad canonizandum Sanctos
inquirendum esse an ei de quo canonizandum agitur antea
vita testimonium prebeat pro laboribus multis, moribus castis,
adibus strenuis, &c. Miratur 61. dist. oportet enim hoc praesenti
testificatione praedicti & bone fama praecogniti non tace-
re, c. Quatuor 12. q. 2. Impuniti autem quari debet de
simplicitate & humilitate, quia Deus superbis resistit, humi-
libus autem dat gratiam, Jacob. c. 4. Item debet inquiri an
in vita persecutiones passus fuerit, c. omni & c. lbi aduati
7. q. 1. & an passus fuerit ex charitate, c. vide 1. q. 1. Ita
Holt. cuius verba ad calamum transferit glossa in c. unico
circa med. infra eodem tit. 6. & S. Anton. in 3. part. tit. 22.
c. 8. §. 1. Sola igitur miracula, ut praedixi, ad aliquem
canonizandum non sufficiunt sine virtutibus & vitae excel-
lentia quod multiplicem habet rationem.

Prima ratio est, quia quandoque etiam per malos & pecca-
tores sunt miracula, c. Tenebris 1. q. 1. Holt. hic in prima.
Abb. n. 4. & plerique alii. Unde & magi Pharaonis tria ope-
rata sunt miracula, ut ait glossa ultima in d. c. Tenebris,
nam virgulae in serpentes converterunt, aquam in sanguinem
& fecerunt aquam raris ebullire sicut Mosis. Sed ut adverte
quia illa verè non fuerunt miracula, sed magiae praestigia, ut
legitur in e. Nec mirum ab. q. 5. Ideoque Innoc. hic n. 1.
ver.

De Reliq. & Vener. Sanct. c. Audivimus.

- ver. Non sufficiunt miracula, non dixit Magos illos fecisse
miracula, sed fecisse multa quae videbantur ultra vires naturae.
Admittunt tamen Theologi etiam per malos Christianos.
- 7 quandoque miracula fieri, ut per Divum Thomam in 2. 1. q.
8. ad tertium. Quin imò etiam virtute Daemonum, licet falsa
quoad rationem miraculi & ad decipiendum, ut idem docet
d. q. 17. art. 1. ad secundum; & de his miraculis quae fiunt
per malos, consulo August. Triumph. de potest. Eccles. q. 15.
art. 4. Item miracula quandoque fiunt ex scientia & non ex
dono Dei, quodque ex dono Dei & non ex merito vitae,
ut in Regibus Franciae secundum Anton. de Butr. in c. vene-
rabilis n. 1. ver. Nec sufficiunt miracula supra de testib. non
igitur mirum si miracula laici non sint ad hoc ut quis Sancto-
rum numero acribitur.
- 8 Secunda ratio, quia hinc facile possent decipi Fideles,
sicut in hoc cap. dicitur diabolica fraude decipi qui ut
Sanctum venerantur hominem quendam in positione &
ebrietate occisum. Miraculum enim potest esse mendax tripli-
citer. Primum scilicet, quia de hinc a ratione facti, ut in
praedictis. Secundo, quia de hinc a ratione miraculi. Tertio,
quia de hinc a fine Dei, ut in malis Christianis, Sanctus Thomam
2. 2. q. 8. 2. lect. 2. in fine G. & in his multi variis argu-
mentis & falsis documentis discipiuntur, ut legitur in c. pro-
p. §. in infra eodem.
- 9 Tertia ratio, quia fides pro ceteris virtutibus in miracula
operatur secundum illud Matth. 17. 19. Si habueritis fidem
sicut granum sinapis, dicetis huic monti. Transi hinc illuc &
transibit & nihil impossibile erit vobis, Holt. hic n. 6. Joan.
And. n. 4. ver. fides etiam, adeo ut aliqui propter fidem
quam habent, operentur miracula etiam sine charitate, iuxta
illud Apot. 1. ad Corinth. 13. 2. Est habere omnem fidem,
ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil
sum; & transumptive habetur in c. Solut de consecr. dist. 4.
Abbas hic n. 14. adiciens hoc semper norandum, quia potest
haberi fides maxima, ita ut ejus virtute faciat miracula sine
charitate. Fides autem sine charitate non sufficit in adultis
canonizandis, quia sine operibus mortua est, Jacob. 2. Joan.
And. hic n. 4. ver. In adultis autem. Quin imò, ut inquit
August. tom. 3. 15. de Trin. c. 18. Sola charitas dividit
inter filios Regni aeterni & inter filios perditionis. Unde si per
charitatem quis inter Sanctos enumeratur, ergo sine charitate
quis inter Sanctos annumerari non potest. Ita arguit August.
Triumph. de potest. Eccles. q. 14. art. 4. in primo argum-
entario.
- Ultima ratio, quia ut habetur Matth. 7. 22. Multi dicent
mihi in illa die, domine in nomine tuo daemona ejecimus &c. &
tamen Dominus responderit eis. Nunquam novi vos. Innoc.
hic n. 1. ver. non sufficit miracula. Et contra verò excel-
lentiam vitae sine miraculis putat Innoc. sufficere quoad vir-
tutes, licet dicat Ecclesiam non debere tales canonizare et
ritio, e. quia in secreto poterunt laviorum vitam ducere,
ut per eum n. 1. ver. Vitam tamen cum quo transeunt Holt.
n. 6. ver. Licet autem, Joan. And. n. 4. circa fin. ed. ver.
Butr. n. 7. ad fin. Card. n. 5. ver. Dicit tamen. Abb. in c.
Venerabilis n. 1. ver. Non enim sufficit supra de testib. ubi ait
viam sine miraculis non sufficere ad canonizationem obtinen-
dam, sed bene ad finem beatitudinis, nam ad esse Sanctitatis
miracula necessitate non requiruntur. Ta dicat hoc esse ex-
pressum in Constitutione Gregorii IX. incip. Cum dicat Do-
minus, edita die prima Junii 1232. §. 3. in Bullar. tom. 1.
pag. 44. cuius haec sunt verba. Licet et hoc aliqui Sanctus
sit apud Dominum in Ecclesia triumphantem, solo sufficit finis
perseverantia iuxta illud. Esso fidelis usque ad mortem & dabo
tibi coronam vitae, ad hoc tamen ut Sanctus habeatur apud ho-
mes in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus morum
& veritas signorum, merita videlicet & miracula, ut hoc &
illa sibi ad invicem contestentur, cum nec merita sine miraculis
nec miracula sine meritis gloriè sufficiant ad perhibendum inter
homines testimonium Sanctitatis. Hoc ibi.
- Ex his inferunt, ut pueri bapuzati & statim mortui non
sint canonizandi, quia nec multam gloriam cum eis fecit Do-
minus sua magnificentiâ. Et est speciale in Innocentibus ut
pro Sanctis colantur, quia est Christi mortui sunt secundum
Innoc. n. 3. ver. Ex praedictis apparet & Holt. n. 10. ver.
Apparet ex praedictis, quibus ceteris subscribitur.
- Circa tertium, quia maturitate & consilio quove ordine ad
canonizationem sit procedendum, distincte & praclare hic
explicit Holt. n. 3. ver. Ad hoc autem, ubi ex ordine recen-
dit decem actus ad canonizationem preambulos, undecimo
loco sententiam ipsam canonizationis & definitionis Summi
Pontificis, duodecimo quae canonizationem subsequuntur,
quae singula huc non transfero, quia de ipso peti possunt &
Joan. And. n. 3. & Butr. n. 5. & S. Anton. in 4. part. tit.
22. c. 5. §. 5. qui illius verba ferè ad calamum transferunt.
- Subdit omnes Holt. praedictum ordinem non semper ad un-
guem observatum fuisse & maxime quando agebatur de Marti-
rizatis pro fide. Tales autem consueverunt facillè & levitè
Fagnan. in III. Lib. Decretal

expedit. Imò ut inquit August. Triumph. de potest. Eccles.
q. 14. art. 1. Ad secundum in primitiva Ecclesia non serva-
batur modus canonizandi qui nunc servatur. Propter duo.
Primo quia illi Sancti ut plurimum erant Martires in quibus
non requirebatur talis examinatio, sicut requiritur in Con-
fessoribus, ut idem probat q. 16. art. 3. Secundo ex fervore
fidei nascentis Ecclesiae & ex merito Christi & Apostolorum
miraculis & aliis opera sic erant evidentiâ, ut nulla possent
verificatione celeri. De modo autem nunc servando in cano-
nizatione Sanctorum consulo eundem q. 16. per tot. & citat
nullus Patrum veteris Testamenti fuerit a Papa canonizatus.
Vide S. Anton. in 3. part. tit. 22. c. 5. §. 5. circa fin. ver.
Sciendum.

Circa quartum breviter Dicendum canonizationis effectum
esse, quia per eam canonizatus consequitur, ut à cunctis fide-
libus colatur pro Sancto & Ecclesia pro ipso sicut pro Sancto
solemniter Officium celebrat; & ipse in Litanis inter Sanctos
publicè adnumeretur secundum illud Ecclesiast. 44. Sapientiam
suis moribus narrent populi & laudem eorum annuntiet Ecclesia
Ita Innoc. hic n. 3. cui Holt. sub n. 10. ver. Verum secun-
dam Dominum nostram & reliqui altipularunt glossa magna
circa medium, ver. Hoc autem consequitur in c. un. infra
eod. lib. 6. Quamquam enim, ut idem Innoc. subdit n. 4.
& alii post eum, quibus possit preces porrigere alicui de-
functo quem credebatur virum probum, ut apud Deum inter-
cedat, ut dicam infra in c. pro. n. 11. tamen pro illis non
est solempne Officium celebrare aut preces publicè fundere,
ut hic. Tu dicat secundum August. Triumph. de potest. Eccle-
siae q. 14. art. 1. ad primum duplè esse reverentiam,
quodam est universaliter injuncta, quodam verò voluntariè
& particulariter assumpta. Primi reverentia solum hono-
randi sunt Sancti per Ecclesiam canonizati. Sed secunda
reverentia possunt honorari alii secundum particularem devoti-
onem uniuscujusque. Et vide Concil. Trident. sess. 25. de in-
vocat. vener. & Reliq. Sanctor. & Card. Bellarm. lib. 1. de
Sanct. c. 10.

Quibus praemissis venio ad notabilia; & primo nota hic,
abique auctoritate Romanae Ecclesiae non licere aliquem pu-
blice venerari pro Sancto abique auctoritate Romani Ponti-
ficis, etiam si in vita fecisset miracula, ut hic est casus secun-
dum Abbatem Antiquum & omnes; & notat Butr. n. 3. &
Abbas Sicutus in 2. notab. atque ita Sanctorum canonizatio
est unum ex specialibus Papa reservatis, ut notatur in c.
Quid translatorem in glossa ult. supra de Officio Legati se-
cundum Holt. hic n. 13. in verbo abique auctoritate, Joan.
And. n. 6. in verbo auctoritate, Card. in 2. notab. & Anchar.
n. 4. Idem firmat August. Triumph. de potest. Eccles. q. 14.
art. 3. Card. Turrecren. in c. 1. n. 22. de consecr. dist. 3.
S. Anton. in Summa part. 3. tit. 22. c. 5. §. 5. Troil. Malver.
in tract. de Canon. Sancto. n. 5. & seqq. Card. Bellarm. de
Sanct. beat. tom. 1. part. 2. lib. 1. c. 8. & alibi passim
Doctores, & consequenter haec facultas nulli Episcoporum
competit secundum Innoc. & omnes hic & August. Trium-
ph. d. q. 14. n. 2. Rationem reddit Innoc. n. 2. quia cum per
canonizationem Sanctus constituitur omnibus adorandus &
nullis omnibus praestit, nisi Papa qui immediate est ordinarius
cunctorum fidelium, c. cuncta per mundum & c. per princi-
palem q. 3. consequens est ut Papa solus hanc universaliter
adorationem possit omnibus fidelibus indicare. Nam & cul-
libet alteri possent respondere non subditi, extra territorium
jus dicenti imponi non poterit, l. fin. de Jurisd. omn. Judic.
c. ut animar. de Constit. lit. 6. & hanc rationem Innocentii
approbant hic Abb. Antiq. n. 2. Joan. And. n. 5. Butr. n. 7.
Card. n. 6. & Anchar. in ult. q. Card. Turrecren. in c. 1.
n. 2. de consecr. dist. 3. nec valet si dicat licere debet cui-
libet Episcopo saltem in sua Dioecesi, ut videtur expresse
in c. fin. in 1. respons. supra de ferijs hic; ceterisque solemp-
nitatibus quas singuli Episcopi in suis Civitatibus cum Clero
& populo doxerint solemniter venerandas & in c. 1. ver. Et
illa festivitates de consecr. dist. 3. nam ut respondet Inno-
centius ex quo Sanctus est, non solum ab aliquibus, sed ab
omnibus nec solum in una Ecclesia, sed in omnibus est com-
muniter venerandus, alioquin incidere in illam reprehensionem
quam Apostolus 1. ad Corinthios 1. redarguit quoddam
dicentes. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apolloni, ego verò
Cepha, ego autem Christi.

Nec obstant iura in contrarium adducta, quia ut respondet
Holt. hic n. 8. & Joan. And. n. 6. in verbo Romani Patriarchae
debent intelligi de Sanctis antiquitus approbatis, non enim
omnium Sanctorum & singulorum festa coluntur ubique. Imò
aliquid festum in una Dioecesi colitur & non in alia.

Ceterum praedictam Innocentii rationem impugnat hic
Holt. n. 9. tum quia multi sunt etiam per Sedem Apostolicam
canonizati, qui in una tantum Ecclesia seu Provincia coluntur.
Et in specie Carolus Magnus ex tolerantia Romanae Eccle-
siae tanquam Sanctus colitur in sola sua Capella Aquigrani
non autem in aliis Ecclesiis; & pulchra illius miracula recen-
tentur in historia Speculati. lib. 25. c. 5. ut hic refert Joan.
E 7

ligione, juxta textum in d. l. Jurisjurandi, C. de testibus. Quare cum revelatio ebrii irrita sit, tam ex defectu usus rationis quam iuramenti, consequens est, ut nullo modo fiat adhibere hoc medium ebrietatis ad revelandum secretum quod revelatum non relevaret, ut l. Ad probationem C. de probat. Callidor deest. 2. de dilat. Caputaque deest. 68. par. 3. Rota in recent. deest. 31. n. 8. par. 7.

Quarto possit probabiliter contingere, ut ebrius in exilio mentis nominaret aliquos ut complices conjurationis aut prodicionis, qui tamen verè culpabiles non essent. Ergo illius depositio, quæ in nihilo professe potest, ut patet ex dictis in precedenti fundamento à num. 57. & multis noceret nullatenus extorqueri debet mediante ebrietate. Ad hoc bonus textus in c. Denique 14. qu. 5. & quod notat gloss. in l. Flaminium, §. 1. in verb. Provincia ff. de damn. infest. & Jacob. de Arena in l. 1. in fin. ff. de aqua flav. arden.

Assumpsum probatur, quia ut de ebrio legitur Proverb. 23. Oculi tui videbant extraneas, & cor tuum loquatur per-versa, & vis sicut dormiens in medio mari & quasi spiritus gubernator, amisso clavo & dices verberaverunt me, sed non dolui; traxerunt me & ego non sensi; quando evigilabo, & rursum vina referiam. Item Ista 28. Sacerdos & Propheta nesciant, pre ebrietate aborsus sunt à vino, erraverunt in ebrietate nescientes videntem & ignoraverunt iudicium, & Job 12. Errare facit eum quasi ebrius. Unde merito Bernard. in lib. de contemptu mundi dixit ebrium stulta promere cum quo nescire quid loquatur, dicit text. in d. c. Sanè 15. q. 1.

Quinto idem suaderi potest, quia aut Princeps vel Magistratus intendit aliquem inebriare invitum & reluctantem; vel volentem & consentientem. Et quidem primum non licere, satis superque ostentum est in precedentibus fundamentis & dicam infra num. 63. Sed nec secundum licere satis convincitur ex eo, quia cum ille possit ultra prodere veritatem & arcantem comparationis libere fateri, stultum planè esset se inebriare ad hoc ut postea temulentus & usu rationis privatus veritatem aperiret. Non enim eget hoc medio illicito, qui melius potest verum procedere, dum est sanè mentis, ut ex se patet. Unde scienter se inebriando cum nulla causa, vel necessitate eum excuset, mortaliter peccat, quia ebrietatis voluntaria semper est culpa letalis, ut patebit in sequenti fundamento & consequenter peccat etiam Princeps vel Magistratus qui eum inducit ad mortale peccatum, nam & qui peccanti consentit, uterque reus est. cap. Ita corporis 11. quæst. 1. & si quis alterius errori consentit & illi consilium dederit, sciat se cum illo simili modo iudicandi culpabilem, c. Qui consentit ead. caus. & qu. c. Notum sit in fin. 2. qu. 1.

Ultimo omittis aliis, hoc ipsum evidenter ostenditur quia ebrietatis voluntaria intrinsecè & secundum se est illicita & mala dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 6. Neque ebriosi regnum Dei possidebunt & Prov. 23. Ne intuaris vinum quando flovescit, cum si tendiderit in vitro color ejus, ingreditur blandi & in novissimo mordet ut coluber, sed sicut regulus venens diffundit, & Prov. 23. 20. & 31. Cui vis? Cui risa? cui fovea? Cui sine causa vulnera? Cui suffusio ocularum? Nonne his qui commorantur in vino & student calicibus epotandis? Et illa 5. Va qui conjurgitis manū ad ebrietatem sedendam & potandum usque ad vesperam, ut vino effusis, & v. 22. Va qui potentes estis ad bibendum, & viri fortes ad miserandam ebrietatem: Nam illud, v. 2, est comminatio pœnæ æternæ, que non fit nisi pro mortali peccato, ut cap. Va qui dicit 11. qu. 3. & cap. Va et de penitentia dist. 4. & in puncto notat Turrocr. in cap. Sexto die num. 6. 35. dist. sed & Augustinus in epistol. ad sacras Virgines. Ebrietatis, inquit, est flagitiorum omnium mater, culpamque materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subversio sensus, tempestas lingue, procella corporis, naufragium castitatis amissio temporis, insanæ voluntaria, ignominiosus languor, turpitudine morum, dedecus vite, honestatis infamia, anima corruptela, & infra; Ebrietatis in utroque sexu cuncta mala appetit & nefanda committit

& ut ait Apollolus, Regna cœlestia appetentibus denegat; & idem Augustinus in Epistol. 182. Ebrietas est blandus demon, dulce venenum, suave peccatum, quam qui habet seipsum non habet, quam qui facit, peccatum non facit, sed totus est peccatum. Et procedunt hæc quamvis ebrietatis non sit assidua, nam nihilominus semper est mortale peccatum, si sit voluntaria, ut ex sententia D. Thomæ & Cajetani in 2. 2. qu. 150. art. 2. Archidisc. in d. c. Sexto die numer. 9. & Turrocr. n. 8. 35. dist. & aliorum. Probavi latissime in c. A crapula, à num. 14. usque ad n. 23. supra de vita & honestate Clericorum, & fuit opinio Vincentii ut tetigi supra n. 32. Quamobrem licet ex revelatione ebrii penderet commune bonum Republicæ, tamen nefas esset ut hoc medio ebrietatis qua non sunt facienda mala ut eventum bona, ut in hac specie scripsit Caiet. d. art. 2. ad tertium, vers. Ad alterum verò. Et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Prov. 21. & secundum August. Epistol. 182. Quicumque ad bibendum pronus fuerit vel convito alios suos adjuvabit pro se, ut & pro ipso in die iudicii reus erit.

Non obstantia contraria. Ad primum enim respondetur non valere illationem: Ebrietas est licita ad vomitum provocandum & recuperandum corporis valetudinem, ergo etiam est licita ad detegendum secretum pro salute civitatis aut regni. Nam in primo casu potus in ordine ad proprium & proximum finem valetudinis non est immoderatus si medicinæ artem vini copiam requirit ad provocandum vomitum & morbum depellendum. Unde ebrietas tunc non est peccatum quia est per accidens, & non provenit ex inordinata concupiscentia vini, cum cognitione potentie illius ad inebriandum, que est ratio formalis ebrietatis, ut declarat Cajetan. in 2. 2. qu. 150. d. art. 2. ad 3. vers. Ad alterum verò, in secundo autem casu potius non ordinatur per se ad revelationem secreti, vel ad salutem Republicæ, sed proprius & proximus illius finis est ebrietatis & revelatio postea contingit per accidens, ut tetigi supra, n. 56. Moralis autem recipiunt non ab his que per accidens eveniunt, sed ab eo quod est primò, & per se intantum ut in proposito doctus fructus Thomas d. art. 2. & Archid. in c. Sexto die num. 9. 35. Quare hoc secundo casu ebrietatis est formalis & sic intrinsecè mala, ut constat ex dictis supra in not. sanam n. 63.

Ad secundum respondetur doctrinam illam Martini quiddam licita sit ebrietatis ad evitandam civitatem Tyranni, non esse tutam, eamque post Cajetan. loc. cit. plene confutavi in d. c. A crapula, à num. 37. usque in fin. supra de vit. & honest. Cleric. Unde hinc potius sumi potest validum fundamentum, pro hac parte, nam si non licet se inebriare ad evitandam mortem proprii corporis & proximo imminente, ob eam rationem, quia proprius & proximus finis immoderati potus eo casu est ebrietas & evitatio mortis est per accidens; ergo ob eandem causam multo minus licita erit ebrietas ad hoc, ut ex ea sequatur revelatio conjurationis & ex revelatione liberatio Republicæ. Quia vere naturæ magis adstringimur ad tutelam proprii corporis, quam ad tutelam patriæ vel parentum, ut probat text. in Clem. Si furiosus, puncta gloss. in ver. Summ. de homicid. & scripsi plene in c. Petito 103. in ver.

Ad tertium respondetur, imò secundum veriorum sententiam Judicis non licere leges transgredi, etiam ob publicam salutem, ut latè deduxi in capite. Canonum statuta à num. 114. usque in fin. de Constitut. Et quatenus id liceret, non tamen fas esset uti medicis ex sui natura illicitis & malis sicut est ebrietatis.

Ad quartum, omittis responsione quod Princeps quamvis sit solutus legibus vi coactiva, illis tamen adstringitur vi directive rationis ut probavi latissime in d. c. Canonum statuta, à num. 57. usque ad num. 64. Respondeo, Principem esse solutum legibus humanis, sed non lege naturæ & divina, c. Sunt quidam 25. c. 1. c. Si is qui præst. 10. qu. 3. & c. Quæ contra 8. dist. 8. cum multis similibus, ebrietatem verò lex Dei & naturæ vetat ut constat ex dictis supra num. 63. & seqq.

DE RELIQUIIS, ET VENERATIONE SANCTORUM

Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT II.

Cum ex eo, quoddam quidam sanctorum reliquias exponunt venales & eas passim ostendunt, Christianæ religioni detractum sit sæpius, ne in posterum detra- batur, præsertim decreto illatum, ut antiquæ reliquias amodò extra capsam nul- latenus ostendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo, nemo pub- licè venerari præsumat, nisi prius autoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Prælati verò non permittant eos, qui ad eorum Ecclesiis causa venerationis accedunt, variis figmentis, aut fallis documentis, decipi, sicut in plerisque locis occasione quæ- ritas fieri consuevit.

SUMMARIUM.

- 1 Reliquias vendere vel passim ostendere aut de novo inventas sine licentia Papæ venerari non licet.
- 2 Sacra res non sunt in dominio alicujus, nec recipiunt assimationem.
- 3 Spiritualia vendens capitale crimen cum simonia committit
- 4 Reliquias non debent extra capsam ostendi præsertim quaslibet causas.
- 5 Reliquias novas an & quando venerari liceat sine licentia Papæ.
- 6 Reliquias non Canonizati an hodie possit Episcopus recognoscere & approbare & n. seqq. usque ad n. 10.
- 7 Miracula nova non Canonizati admitti non debent, nisi recognoscantur & approbentur Episcopo & n. 9.
- 8 Determinatio una respiciens duo determinabilia debet utrumque pariter determinare.
- 9 Nisi in uno diversa sit ratio quam in altero & n. 21.
- 10 Vel nisi aliis induceretur juris correctio, n. 22.
- 11 Reliquias novas Sancti non Canonizati secretè venerari seu ad illas depositionem habere, non est prohibitum.
- 12 Reliquias portari possunt suspensa ad collum, dummodo id fiat ex fiducia Dei & Sanctorum non autem superstitione.
- 13 Quæstiones fraudes & figmenta varia.
- 14 Corpora Sanctorum an Episcopus possit de Ecclesia ad Ecclesiam transferre sine autoritate Papæ & n. seqq. usque ad n. 29.
- 15 Reliquias transferri possunt Episcopi autoritate.
- 16 Intellectus, cap. Corpora Sanctorum, de consecrat. 1. dist. 1. & n. seqq.
- 17 Corpora Sanctorum injussu Principis non sunt transfe-

- renda.
- 18 Translatio Reliquiarum & corporum Sanctorum fieri non debet autoritate Principis secularis.
- 19 Consilium spirituales à laicis petere, non est prohibi- tum.
- 20 Consilium petere qui tenetur, illud sequi non cogitur.
- 21 Consilium & consensus sibi invicem computantur.
- 22 Corporum & sanctorum translatio cur legibus imperialibus interdicitur.
- 23 Corpora excommunicatorum & hereticorum exhumari debent.
- 24 Sepulchrum tangere olim non licebat, etiam respiciendè causa.
- 25 Sepulchrum tangere olim non licebat, etiam respiciendè causa.
- 26 Sepulchrum tangere olim non licebat, etiam respiciendè causa.
- 27 Gladius uterque restitutus Sacerdotibus ab Ethnicis Prin- cipibus usurpatus.
- 28 Reliquiarum translationem cur Concilium Moguntinum fieri decreverit auctoritate Episcoporum.
- 29 Corpora Sanctorum transferre an possit Episcopus sine Capitali consensu.
- 30 Capitulum majoris Ecclesiæ aliquando Concilium appel- latur.
- 31 Corpora Sanctorum de loco ad locum sine justa causa transferri non debent.
- 32 Translatio Reliquiarum est species alienationis.
- 33 Apulensis Concilii decretum de translatione Sanctorum corporum & Reliquiarum refertur.
- 34 Corpora Sanctorum transferri sine legitima licentia qua- liter sit puniendus.
- 35 Pars est arbitraria iudici, ubi à jure non reperitur de- terminata.
- 36 Delictum transferentis Sanctorum corpora cui assimiletur.
- 37 Extravaganti ambicione locum habet in alienandis res temporales, non autem spirituales.

Cum ex eo. Sanctorum Reliquias vendere, vel passim ostendere de novo inventas sine licentia Papæ venerari non licet. Hoc dicit. Et tria licet. Primò ponit duplicem excessum quem secundò prohibet distinguendo inter veteres & novas reliquias, hic, præsertim. Tertio fraudes per Prælatos cohiberi præcipit hic, Prælati.

simonia committit, c. Qui suadet 1. qu. 1. gloss. 1. h. Host. in princ. Butr. n. 8. & Abb. in 1. notab. Secundo nota ibi, extra capsam. Antiquas reliquias non debere extra capsam ostendi, ne Christianæ religioni detra- hatur, ut dicitur in littera. Ex hoc enim secundum Host. n. 5. Joan. Andr. n. 1. in verb. Extra capsam Butr. n. 3. & Abb. in 1. notab. detractores sumunt occasionem oblo- quendi & blasphemandi, nam videntes ossa nuda, ut verbis Hostiensis utar. dieunt, trussa sunt, si enim Sanctus esset, non esset sic conlumptus, non adverterent ad illud quod generaliter omnibus dictum est, Genesis 3. Cinis es & in cinerem reverteris. Aliam rationem habes infra num. 28. in fin. maxime autem procedit hæc prohibitio si reliquias capsa extrahantur quælibet gratia, ut largiores fiant oblationes qui enim hoc faciunt possunt dici venales, sicut & mulier fatua & advocatus & pupil cum passim te offerunt pecunie causa secundum Host. num. 6. in verb. Nec exponantur & num. 7.

Joan. Andr. n. 2. in eod. verb. Butr. n. 4. Cardin. Anchar. & Abb. unius in 1. notab. Hec enim est quedam larga venditio secundum Abb. Quo autem modo, seu forma quovis ordine ac decencia Sanctorum reliquie sine populo exhibeatz, explicat prelatu Concilium Aquilense primum in tit. de reliq. Sanctor. tom. 4. Concil. part. 2. fol. 584. col. 2. Subdit. tamen, Holt. n. 10. in verb. Autoritate hoc minus bene servari, quia statuta omnia frangit avaritia & insolentia Clericorum, quod esset corrigendum. Facit e. 1. in fin. supra de decim. Ad hoc Concil. Trid. sess. de invocat. venerat. & reliq. Sanctor. &c. circa finem; hic, In reliquiarum veneratione omnis turpis quasus eliminatur. Et Concilium Aquileense loco citato, littera F.

Quemadmodum autem fas non est veteres reliquias extracipiam ostendere aut venales habere, ut hic dicitur, ita nec licet illas transferre sine licentia Papae secundum Holt. n. 6. in verbo nec exponantur & Joan. Andr. n. 2. sed hoc latissime examinetur infra in 1. q.

5 Tertio nota hic, inventas autem de novo. Nemini licere reliquias de novo inventas publice venerari sine autoritate Romani Pontificis, ut hic est casus secundum omnes. Quod intelligit de reliquiis omnibus novis, nam si essent antiquae, licet de novo inventae, non esset locus huic prohibitioni secundum Joannem Andr. h. n. 5. & Butr. n. 5. & hoc verum, si certum sit illas esse reliquias Sancti antiquis approbati, puta si cum eis fidem faciens secundum Holt. n. 9. in verbo De novo, scilicet si esset dubium, quia tunc sine autoritate Papae illas colere non liceret, ut per Abb. n. 1. ver. Sed dictum glossae, qui ita intelligit hunc textum.

6 Neque vero hac distinctio inter reliquias veteres de novo inventas & reliquias omnino novas videtur hodie sublatam Concil. Trident. sess. 25. de invoc. venerat. & reliq. Sanctor. ubi statuitur novas reliquias non esse recipiendas, nisi recognoscuntur & approbantur Episcopo qui simul atque de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in Concilio Theologis & aliis piis viris, ea faciat que veniati & pietati conscientia judicaverit. Quandoquidem Concilium d. i. positio videtur intelligenda de reliquiis de novo inventis que sunt alicujus Sa. Cti antiquis approbati, non autem de omnino novis, ut sic recipiant interpretationem passivam a Jure communi ac l. 2. cod. de novat. vel non corrigat hanc Decretalem, expediat enim Jura Juribus concordare, d. e. cum ex edict. de elec. lib. 6. Praefertim vero, quia si Episcopus posset publice venerationi exponere novas reliquias non canonizati, usque hoc modo per indirectum posset in sua Dioecesi etiam Sanctos canonizare & unicuique liceret de licentia solius Episcopi aliquem venerari pro Sancto contra textum in c. prox. supra eod. contra unanimum Doctorum Sententiam & inveteratam consuetudinem Romanae Ecclesiae, ut hic dixi in 1. notab.

7 Sed dices Concilium sub unica verborum conceptione determinat nulla admittenda esse nova miracula nec novas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscuntur & approbantur Episcopo. Sed respectu miraculorum Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpreti consueta, an haec dispositio que videtur admodum universalis, intelligenda sit de miraculis personarum etiam non canonizati, an vero de miraculis Sanctorum canonizatorum dixerat, respondit de omnibus esse intelligendum, ergo similiter respectu reliquiarum intelligi debet de omnibus reliquiis etiam Sancti non canonizati, quia una determinatio respiciens duo determinabilia, debet utrumque aequaliter determinare, l. jam hoc iure, §. sed si; & hic Bart. n. 1. ff. de usug. & papillar. l. fin. cod. de iur. Decus in e. novit. n. 66. supra de iudic.

8 At responderetur dictam regulam dupliciter limitari. Primo enim non procedit quae ad in uno ex determinabilibus est diversa ratio quam in altero, l. 2. & hic glossa 1. ff. de Offic. Proconsul. & Legat. & ita eam limitat Isola in l. casus in 3. colum. ff. solut. matrim. & Pomat. in addit. ad Bart. in l. si quis major. col. 2. in verbo ex hoc not. ver. & quia una determinatio, cod. de tranfact. & quamvis hanc limitationem in dispositione hominis revocat in dubium Alex. ubique in d. l. jam hoc iure; & post eum Jafon. ibid. n. 13. in 2. limit. tamen ea admittunt in dispositione legis. Secundo non procedit praedicta regula, quando alius induceretur correctio juris, ut dicam infra n. 22. utraque autem limitatio concurrenit in casu praesenti, quandoquidem versum in dispositione legis conciliari. Et longe diversa est ratio inter nova miracula & novas reliquias, nam de Jure communi potest Episcopus inquirere ea testes recipere super miraculis de vita alicujus canonizandi, ut l. 1. ff. de venerabil. supra de test. unde intelligendo Decretum Concilii generaliter de novis miraculis tam Sancti jam canonizati quam canonizandi, nulla sequitur absurditas aut juris correctio. At vero quoad reliquias si Concilium intelligeretur de omnino novis, corrigeretur jus vetus & sequeretur absurdum quorum superius meminimus.

Praeterea ex eo quod Episcopus recognoscit miracula alicujus canonizandi, non idem licet eam venerari pro Sancto,

ut c. prox. supra eodem, quia miracula quandoque fiunt etiam per malos, c. Tenuimus. q. 1. glossa 1. in c. Venerabilis, supra de test. & sic Episcopus per hoc nihil novum in Ecclesia statuit. At tunc est si approbaret & reliquias novum nondum canonizati, quia sic Sanctum novum in Ecclesia introduceret, & tamen Concilium circa finem Decreti praeregati Episcoporum facultatem in recognoscendis novis reliquiis limitat in haec verba, videlicet ita tamen ut nihil inconstitutum Sanctissimo Romano Pontifici novum aut in Ecclesia haerentis inlicitum decernatur. Tene igitur neque de Jure communi, neque ex Concil. Trident. licere Episcopo approbare reliquias omnino novas, id est Sancti antiquis non approbati, quocirca contra scripturam modernae Collectiones.

Adde quod hodie ex Decreto sane memoriz Urbani VIII. die 13. Martii 1625. edito in Generali Congregatione Sanctae Romanae & universalis Inquisitionis ac relato per eisdem modernis hic n. 6. Quonvis Ordinarii locorum possint recognoscere & approbare miracula alicujus qui Martiri sancti vel Sanctitatis opinione celebris & vita migravit, tamen ne quid novum ac inordinatum in te tam gravi committatur, jubentur negotium infructum ad Sedem Apostolicam transmittere epiaque responsum expectare.

Quarto nota hic nova publice venerari praefertur, a contrario sensu non esse prohibum in secreto venerari reliquias de novo inventas alicujus Sancti ab Ecclesia nondum canonizati seu ad illas devotionem habere, prout hic notat Holt. n. 10. Joan. Andr. n. 3. Butr. n. 6. & reliqui omnes de quo in c. an. infra eodem lib. 6. & post Innoc. & alios dixi supra in c. prox. n. 18. unde nec videtur prohibum hujusmodi reliquias gestare ad collum suspendas, quae enim licet occultam hanc devotionem habere ad has novas, sicut ad antiquas reliquias, ut proxime dictum est. De antiquis autem hoc licere autor est Sanctus Thomas in 2. 2. q. 96. art. 4. ad tertium, quod arg. contrario. ubi docet reliquias Sanctorum vel Divina verba licere portari suspenda ad collum, si portentur ex fiducia Dei & Sanctorum quorum sunt reliquiae, scilicet si attendere anquid aliud vanum quod, non periret ad reverentiam Dei & Sanctorum, quia esset superstitiosum & illicitum, loquitur Sanctus Anton. in 2. 2. part. tit. 12. c. 8. in princ. ver. Item portare reliquias. Silveiter post alios in verbo Reliquia n. 4. Navar. in Manual. c. 11. num. 35. in fine.

Ultimo nota hic Praelati verbi non permittunt, ad Praelatorum Officium pertinere pravos quaeritos abusus corrigere, ne fidelis populus variis illorum ingentibus & falsis documentis decipiatur, ad hoc. Concil. Trident. c. 9. sess. 21. & multis illorum fraudes commemoravit hic Holt. n. 11. & alii post eum; & vide quod scripsi in cap. Taurum, numero 2. infra de test.

Quinto, an Episcopo absque Sedis Apostolicae autoritate saltem de sui Capituli consensu liceat Sanctorum corpora de Ecclesia ad Ecclesiam transferre.

Autoritate Episcopi extra forensiam Sedis Apostolicae translationem reliquiarum vel corporum Sanctorum fieri posse affirmat Angel. in verbo Reliquia n. 1. quem sequitur Silveiter. nam cum eum non nominet, translatum tamen ejus verba in Summa in verbo Reliquia n. 3. & Armilla in verbo Reliquia & Tabien. in eodem verbo. Et pro hac opinione adduci potest irrefragabile fundamentum ex regula quae habet posse Episcopum in sua Dioecesi quaecumque Conditor Canonis sibi expresse non relevavit. c. nuper de test. excomm. ubi glossa in verbo Petrus & c. Clerici, §. de adulteris de jadic. ubi per glossam & Doctores hoc axioma explicatum est. At hic casus non recitatur inter reservatos eminentiae Sedis Apostolicae, licet Speculator enumeret 89. in rubr. de legat. §. Nunc extendendum & Hostiensis 61. in Summa de Officio Legat.

Nec obstat autoritas gloss. Joan. in c. Corpora Sanctorum de consecr. dist. 1. in verbo Principii, ubi exponit verbum Principii, id est Papae. Unde elici videtur id fieri non posse sine Papae licentia, quod sentit Holt. in Summa, tit. de reliq. & vener. Sanctor. & alii qui scribunt super d. c. corpore; & idem Holt. hic n. 6. in verbo nec exponantur & Joan. Andr. n. 2. Paulus de Castro in l. Idem Julianus q. 41. §. Constituit de legat. 1. n. 9. & Franciscus Aret. ibidem in fine, dicens id esse verum etiam de aliis corporibus defunctorum. Id inquam non obstat, quia dicta expositio est satis aliena a verbis dicti Canonis, sicut est etiam alia similis explicatio glossae quae exposita textus in l. fin. cod. de relig. & sumpt. funer. Augusti assibus, id est Papae. Et hoc esse verum jura iuribus declarando, comprobatur quia Concilium Moguntinum non statuit aliquid novi, sed idem quod antiquis Legibus & Jure Gentium prius & Sanctionibus Imperatorum & Gentilium & Christianorum fuerat ordinatum, ut corpora quorumcumque defunctorum non transferrentur sine Jura Principii, ut in l. fin. cod. de relig. & sumpt. fun. quae fuerat lata anno Domini 368. per Imperatores Valentianum, Theodosium & Arcadium, quoniam ne forte possit controversari an dicta dispositio trahatur

retur ad corpora Sanctorum, statuit dictum Concilium idem quod in l. Ossa & d. l. fin. scilicet ut id non ardeatur sine licentia Episcoporum vel sine Jura Principii & Imperatoris. Dicit autem Jura, scilicet l. Ossa & l. fin. super quibus fundat se glossa, nullo modo patiuntur glorie intellectum, cum Ulpianus conditor d. l. Ossa fuerit Ethnicus & Imperator in illis verbis Augusti assibus, nulla ratione de Papae sentisse videtur possit, cum ipsa verba repugnent; & eadem glossa Decreti parum hic constans idem verbum Principii quod habetur in c. definitus 17. q. 4. in fine, exponit Principes, id est Judicis Ecclesiastici, cum verba similiter concepta essent de Principe temporali & seculari & si inspiceretur protopon seu originale Concilium Moguntinum titi in c. 51. unde delinquerunt & Gratian. & Ivo & Bucerius hunc Canonem, fortasse sepeperunt tunc ab Ecclesia nihil aliud actum fuisse, quam ut Sancto prohibens transferri corpora profana, etiam in corporibus Sacris observaretur. Et mirum est glossam Civilem in d. l. fin. cod. de Relig. incidisse in hanc expositionem, dum in l. fin. ff. de relig. exponit verbum Principii in materia translationis corporum defunctorum, id est Episcopi qui in talibus suum exercet Officium & in l. haereditas, ff. de petit. haereditatis in fine, exponit verba principii seu Pontificali autoritate Principis vel Papae seu Episcopi & in l. 3. §. Tamen Divus Marcus, ff. de sepult. violat. cenj. Translationem fieri permissu Principii, quae glossa expositio corroborat opinionem pro Episcopo.

18 Potest ad legebis Imperialibus hoc tantum discrepat Concilium Moguntinum quod illi loquuntur de Jura Principii, hoc vero de consilio tantum. Id quod eam habet rationem, quia cum actus translationis reliquiarum & Sanctorum corporum sit spiritualis, fieri non debet autoritate, ac Jura Imperatoris, cui nulla est de rebus spiritualibus dispensandi facultas, §. 1. 96. dist. 1. & habetur l. dist. per totum, c. Inductum 89. dist. 1. cap. Solita de major. & obed. At consilium in his parti etiam a liciti. Sacri Canonis non repugnant, c. ad nostrum de consuet. Neque enim consilium est necessitatis, sed voluntatis, c. ult. §. Nonne precipitur 24. q. 1. Ideoque qui tenetur consilium petere, illud tamen legi non cogitur, cap. de Castell. Monach. cap. Cum olim de arbit. gloss. in capite cum in veteri in verbo Expectatum de elec. & Lepius in similibus casibus respondit Sacra Congregatio Concilii.

21 Neque obstat quod cum textus d. c. Sanctorum, loquitur de consilio Principis vel Episcopi, quemadmodum respectu Episcoporum importat consensum secundum glossam in c. 1. §. fin. in verbo cum consilio, no Sede vacante lib. 6. ita & respectu Principis ex regula l. jam hoc iure, §. Sed si ff. de vulg. & pupill. nam responderetur eam regulam non procedere, quando determinabilia verum habent rationem, ut habet hoc casus Princeps licetor ab ejus incapacitatem Ita colligitur ex c. cum Marthe in princ. de celebratione Missarum. Doctores in cap. Translatio de Consil. & dictum est supra num. 9.

22 Quemadmodum nec procedit dicta regula, quando alius juris correctio induceretur, ut declarat Bald. in cap. Inter ceteras de re script. & Abb. d. c. Translatio circa finem. Sicut induceretur hoc casu, nam cum reliquiarum translatio fieri non possit sine autoritate Episcopi, id verbum, consilium, respectu Episcoporum statet in propria significatione, corrigentur jura quae consensum requirunt. Praeterea quod est verbum illud importat verum, & proprium consilium etiam respectu Episcoporum. Satis tamen est, ut necessitas exigendi Episcoporum consensum eliciatur ex aliis verbis eum consilium & consensus sibi invicem comparantur, ut in cap. Cum in veteri, ubi gloss. in verb. Expectatum de elec. Praeterea observandum est accurate verbum illud, consilio, fuisse appositum respectu Principis tantum & respectu autem Episcoporum fuisse appositum verbum Licentia, quod habetur hic in fin. & referunt tam ad Episcopos, quam ad Sinodum, c. Secundo requiritur supra de appellat. Unde sensus est: Corpora Sanctorum non transferantur sine consilio Principis vel licentia Episcoporum, sanctaeque Sinodi, & sic cessat omnis difficultas, quia utrumque verbum retinet propriam significationem.

23 Sed etiam expositio glossae in d. c. Corpora, admitteretur non tamen ea ac inferretur, ut hujusmodi translatio competere soli Papae, quia nec ipsa, nec ejus seclatiores hac affirmant, nec affirmantur si esset verum, quia idem canon contradiceret & repugnaret, cum in ultima parte det facultatem Episcopi expresse; loquitur enim alternative hic, sine consilio Principis vel Episcoporum; ex quo sequitur, ut non competat soli Papae sed Papae & Episcopi videlicet Papae in universo orbe, & Episcopi in sua Dioecesi ut exponunt gloss. praeregata & affirmant Summi citati supra n. 15. Ideoque Hug. & post eum Turresem. in d. c. Corpora num. 2. Silveiter in verbo Reliquia q. 4. dicunt ad Papam vel ad Episcopos hoc jus pertinere; & tamen est verum quod Platella affirmat in verb. Reliquia id est decretum praedicti Concilii admittere generale dispositio-

nem legum Imperatorum, quibus eorum erat, ut hae facultas pertineret etiam ad alios quam ad Principem.

Nec obstat ratio, quam adducunt scribentes in c. prox. supra eod. cur Papae tantum competat facultas Canonizandi Sanctos iuxta text. hic & in c. Venerabili de testibus, scilicet, quia solum, & officium illorum celebrandum est ab omnibus, & propterea idem sic dicendum de translatione. Nam respondetur solum translationis celebrari in Ecclesia particulari, Episcopus autem sicut statueri potest, ut solum aliquod celebraretur in particulari Ecclesia, ita etiam potest constituere ut celebraretur solum in honorem alicujus Sancti cujus corpus vel notabiles reliquiae sint in illa Ecclesia & loco particulari, ut firmat communiter Doctores in d. cap. prox. & ibi dixi n. 23. & consueverunt etiam translationem potest facere sine Papae autoritate.

24 Minus refragatur id quod sancitum est in Concilio Trid. sess. 25. in decreto de invocat. & vener. Sanct. Quia prout illud tantum abest ut aliquid detrahatur Episcoporum autoritati, ut potius videtur augeri illorum facultas quoad recognoscendas & approbandas novas reliquias, quae de Jure communi non ita clare eis competebat, ut patet in hac decretali & dictum est supra, n. 5. & 109.

25 Opportunum esset investigare causam, cur ita dispositum sit circa translationem, causa enim non parum conducit ad comprobendam, quam sequitur opinionem. Quippe ratio legitur Imperatorum expressa est in l. Ossa, ff. de reliq. & sumpt. funer. Erat enim in iuria & pro tali iurisdictione, ut cadaver humanum semel esset detur. Unde etiam apud Ecclesiam receptum est ut in ignominiam echantur corpora excommunicatorum & hereticorum, in Decretali, Sacris de sepul. cum finit. Item in l. Divi fratres, cod. tit. Caveatur ne iuxta sepulchrum tradantur, id est terra conditorum corporum in iuribus & ne ex levi causa corpora quae quiescent in hoc illoque asportentur, & idem sine Principis licentia non erat, vel saltem Praesidis Provinciae, d. 1. eodem tit. de relig. & sepul. l. Divi fratres, & l. Si quis autem ff. vodem. Item erat prohibitum etiam Religiosis cavari, ob quam nec permittuntur sepulchrum exonerare etiam religiosi, studio erat enim violare sepulchrum, ut in l. fin. ff. de mort. infer. Unde ad curam Pontificum gentium spectabat idem permittere vel etiam ad Principem qui etiam Pontificum dignitatem exercebat quod hodie comitatum est, quia Princeps gladius tantum temporalis & Sacerdotibus vero uterque datus est, imo uterque relictus est, cum uterque male usurpatus esset ab Anglicis Principibus, ut in Extravag. Bonifac. VIII. Unam sanctam, de major. & obedien. Hec de ventilitate.

26 Sed quoad Concilium crederem duplici causa id institutum primo, ut hoc ex licentia majori cultu adhibito fieret translato & major cura adhiberetur; ut caute ad id procederetur, ne extraherentur in publicum extra extra capiam seu arcuam: quod idcirco desumptum ex d. l. Divi fratres, quibus vitandum periculum supplicandi alias falsas reliquias, quibus populus deciperetur, ut legitur, & notatur in hac decretali, & idem id transferendi manus providentissime Episcopo est tributum.

27 Sed majus dubium est, an Episcopus id possit sine consensu Capituli sui Ecclesiae: & quamvis Archidia. in d. c. Corpora, de consecr. dist. 1. Silveit. & Armill. supra citati n. 15. videantur hanc facultatem Episcopo absolute attribuisse per disjunctionem, vel, tamen contrarium videntur verius, tum ratione rei, quae gravis est, unde secundum omnes regulas, cap. 1. & tot. titul. sup. de iis, quae sunt ad Praelat. sine consensu Capituli. Episcopus tenetur ad hoc capitulum suum convocare & audire ut sine eius collatione nihil valde facere possit, maxime quia sumus in materia alienationis quod in modo rerum Ecclesiae: cum quia d. c. Corpora: quando agit de Principe, nihil addit. At quando agit de Episcopo, ei per copulativam, quae, annectit Sanctae Sinodi licentiam; quam Sinodus Petr. de Samp. Huro, Archidia. Bellam. & Turresem. exponunt pro clericali Majoris Ecclesiae, & sic Capituli Cathedralis, quod aliquando appellatur Concilium, ut cap. Placuit 12. quaest. 2. Unde alii DD. cum loquuntur de Episcopi autoritate in hac materia, addunt etiam sinodi licentiam copulative, ut est videre apud Summ. Confessor. lib. 1. tit. 14. q. 23. Quae est tertia sub rubricella de reliq. Alberic. de Rose in Dictionario in verb. Reliquia §. ultimo ad med. Summa Byzantina, & Rosellae supplementum d. verb. Reliquia: ex quibus videtur concludendum Episcopum sine licentia Summi Pontificis, cum consensu tamen sui Capituli posse Sanctorum corpora transferre de loco ad locum, licet id sine iusta causa, quam aliquas ponit Turresem. in d. c. Corpora q. 3. facere non debeat. Et forte etiam non tenet hae translatio facta sine causa, cum sit species alienationis, cum corpus, quod aliquo modo ad unam spectabat Ecclesiam, alteri tradatur: unde non tenet alienatio, c. Sine exceptione 12. q. 2. cum finit.

Nec obstat Stapyl. de Brevis. qui postquam n. 41. dixit

quando datur licentia extrahendi reliquia ex Capella Monasterii S. Anasii, ad d. clausulam, & de licentia Commendatarii: & ad hoc facere e. Corpora de consecr. dist. 1. Ubi dicitur, Nemini licere corpora Sanctorum de loco ad locum transferre sine consensu Pape, quoniam non ob id excludit licentiam Episcopi, quam ipse impertiri potest, ex eodem e. Corpora.

33 Ceterum etiam putem supra dictum intellectum ad illum text. esse verum & germanum, Fateor tamen expositionem glossæ præbuisse materiam plenius existimandi translationem Sanctorum corporum esse Sedi Apostolicæ reservatam; adeo ut in Concilio Aquilejensi. 1. in tit. de reliq. Sanctorum: cautum reperitur ut infra, videlicet corpora Sanctorum transferri quidem non possunt sine Sedi Apostolicæ licentia. Reliquia insignes de loco ad locum transferri ita demum poterunt, si Episcopus decretum in Archivio Episcopali, & libro particulari servandum ad rei gestæ perpetuam memoriam fecerit, cur id fieri permittit tom. 4. Conciliarum part. 2. fol. 385. col. 1. Et quævis illud Concilium sit Provinciale, & non confirmatum à Sede Apostolica, idemque extra provinciam, non habeat vim canonis, ut scriptum in cap. Canonum statuta, n. 14. supra de Constit. est tamen magna auctoritas, cum fuerit recognitum, & emendatum à Sacra Congregatione Concilii ad præscriptum Constitutionis Sixti V. super institutione ejusdem Congregationis.

34 Sed quatenus dicta translatio non possit fieri sine auctoritate Apostolica, dubitatur quæ poena esset puniendus, qui hujusmodi corpora sine tali licentia transferret. Respondetur con-

siderandum an subicit causa excusationis dolum excludens, ad l. 3. §. Primo verba, ff. de sepult. viol. ex reg. glossæ in l. Plagii, in verb. Jussa, c. ad legem Plavium, de Plag. Quod si nulla causa adducatur, cum in jure certa non reperitur huic facto annexa, poena arbitraria erit imponenda, argum. de homicid. Sed quia in arbitrariis ex similibus proceditur, l. Non possunt, ff. de legib. videndum erit propter ea cui delicto hoc assimilatur, & quidem non videtur simile ei, qui cadat et spoliavit, & quidem non videtur simile ei, qui cadat et spoliavit, de quo in d. l. 3. §. Adversus, ff. de sepult. viol. nec ei, qui violando sepulchrum corpus eruit, de quo in l. 4. & l. In C. eod. cum in casu nostro cesset modus injuriæ, seu violentæ & injuriæ spoliationis. Nec est simile vero sacrilegio, quia rei furtum facere noluit; unde videtur potius simile alienanti rei ecclesiasticæ, ut elici potest ex Abb. in c. Nullus, in princ. de jurep. & Calder. in cons. 1. de Baptism. ubi simile dicit de eo, qui jus baptizandi alii conferit Ecclesiæ, & tamen huic censetur indultum non incidere in excommunicationem latam contra alienantes rei Ecclesiæ per Extravag. Pauli II. Ambrosij, de reb. ecclæ. non alien. que legitur de alienantibus res temporales Ecclesiæ, non autem spirituales; quia cum d. cap. Excommunicatio sit lata sententia, ad alium casum non potest per judicem extendi, saltem pro delicto jam perpetrato, quia non potest iudex per suam extensionem facere, ut qui non erat excommunicatus, sit modò excommunicatus sine novo delicto. Unde videtur poena esse omnino imponenda arbitrio judicis, secundum regulam d. e. De causis.



DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM

Innocentius III. Bracarensi Archiepiscopo.

CAPUT II.

Consilium nostrum, & infra. Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd omnium Apostolorum vigiliæ sunt in observatione jejunii celebrandæ, præter vigiliis Apostolorum Philippi & Jacobi, & beati Joannis Evangelistæ: quoniam ipsorum solemnitas infra solemnitate Paschalem, illius autem infra Natalem Domini celebratur. Jejunium etiam apud nos in Adventu Domini agitur. Sanctorum quoque vigiliæ, quorum festivitates oportet secunda feria celebrari, in præcedenti sunt Sabbato jejunandæ. De festivitate verò beati Bartholomæi Apostoli, de cujus celebratione dubietas oritur apud quosdam, respondemus, quòd in hoc consuetudinem tuæ regionis observes: & infra. Cùm autem quæsieris, quæ sit illis penitentia injungenda, qui diebus Quadragesimalibus quo tempore tantæ famis inedia ingruerat, quòd magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere sunt coacti: Respondemus, quòd in tali articulo illos non credimus puniendos, preces tamen Domino pro illis & cum illis effundas, ne ipsis aliquatenus imputetur: quia bonarum mentium est, ibi timere culpam, ubi culpa minimè reperitur. Item de illis, qui propter debilitatem in Sabbato carnes sumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri consuevit, cùm hoc ab aliis molestè feratur, & oriatur inde illis occasio detrahendi, Respondemus, quòd super hoc consuetudinem tuæ regionis facias observari, sic tamen, quod debilibus & infirmis propter hoc periculum non emergat. Præterea de illis, qui in Quadragesima, vel in aliis jejniis solemnibus infirmantur & peccant sibi esum carniū indulgeri, respondemus, quòd cùm non subjaceat legi necessitas, desiderium infirmorum cùm urgens necessitas existit, supportare potes & debes, ut majus in eis periculum evitetur.

SUMMARIUM.

- 1 Vigiliæ omnium Apostolorum sunt in præcepto, præter vigiliis Apostolorum Philippi & Jacobi; & Joannis Evangelistæ.
- 2 Nec valet contraria consuetudo Gallicana.
- 3 Carnium esus in Quadragesima ægrotis est indulgendus.
- 4 Carthusiensium status, qui languentibus in extrema necessitate carnes non concedunt, an sit periculosus, & num. seqq.
- 5 Carnium

- 5 Carnium esus an aliquis casus sit necessarius ad liberandam injuriam à mortis periculo.
- 6 Carnibus non vescantur homines in prima ætate, id est ante diluvium.
- 7 Juramentum & votum non ligant, cum sine interitu salutis corporalis struiri non possunt.
- 8 Carnibus in Quadragesima vesci non licet, etiam ex legitima causa sine licentia Episcopi.
- 9 Refrendarii in Quadragesima ovis & lactiniis, & de consilio utriusque Medici carnis vesci possunt.
- 10 Jejunium an, & quando quis possit solvere propria auctoritate.
- 11 Quid si causa sit evidens.
- 12 Et quid si dubia sit.
- 13 Et quid si sub sit periculum scandalum.
- 14 In jejunio an ex justa causa dispensare possit proprius Sacerdos.
- 15 Consuetudo an in jejunio sit servanda, & n. seq. usque in finem.
- 16 Quid in consuetudine jejunii inducitur, n. 16.
- 17 Quid in jejunio translativa, n. 30.
- 18 Et quid in jejunio relaxativa, n. ...
- 19 Jejunium quid sit.
- 20 Jejunia consuetudinaria servanda sunt à Diaconis, & indigenis perinde atque indicta ab Episcopo.
- 21 Episcopus indicare debet observantiam consuetudinis inducentis jejunium, vel abstinentiam à carnibus in sua Diocesi.
- 22 Carnium abstinentia scilicet consuetudine in sola die Veneris per totam hebdomadam est in præcepto.
- 23 Carnes comedere in Sabbato est mortale, ubi non est consuetudo comedendi; alibi scilicet.
- 24 Carnium usus apud Grecos in die Sabbati est tolerandus, ubi sine scandalo fieri potest.
- 25 Intellectus, c. Sabbato de consecr. dist. 3. & cap. Quia dies, dist. 5.
- 26 Jejunium in festis feriæ non est in præcepto, sed ex consilio tantum.
- 27 Jejunium in Adventu Domini, non est in præcepto, nisi hoc habeat consuetudo.
- 28 Idem in vigiliis Rogationum.
- 29 Consuetudo in jejunio non extenditur de loco ad locum. Nec de uno ad aliud genus personarum.
- 30 Consuetudo laicorum in jejunio non ligat clericos, nec clericorum secularium religiosos, ibidem.
- 31 Consuetudo regionis servari debet in celebranda Festivitate S. Bartholomæi.
- 32 Idem in Festivitate B. Margaritæ.
- 33 Jejunium propter magnam loci solemnitatem potest auctoritate

tate Episcopi in aliam diem transferri.

- 34 In Gallia ubi sunt Ecclesiæ S. Quintini, non jejunantur in vigiliis omnium Sanctorum, sed tertia res cadenti die.
- 35 Peregrini & viatores in jejunio, & abstinentia à carnibus debent se conformare consuetudini loci, ubi residentur.
- Contrarium num. 37.
- Declaratur, num. 38.
- 36 Cataloni & Francigenæ, qui in suis partibus solent vesci carnis in die Sabbati peccant si alibi vescantur ubi non est solum, & num. 40.
- 37 Idem in Mediolanensibus, qui alibi comedunt carnes in diebus Carnisprivii.
- 38 Et in Castellanis qui in Sabbato vescuntur extrinsecis, vel interioribus partibus animalium in Lusitania & Navarra, ubi non est consuetudo.
- 39 Intellectus, c. Illa 12. dist.
- 40 Exteri in jejunio tenentur servare consuetudinem loci si eo venerint animo habitandi, aliter scilicet si ibi ad alios.
- 41 Scholares, & Peregrini ligantur consuetudinibus loci, ubi moram trahunt.
- 42 Cataloni existentes in studio Tolosano peccant si iuxta consuetudinem Catalanis vescantur carnis in Sabbato, sed non è converso.
- 43 Habitatio de presentibus sufficit ad sortitandum forum parochiale, nec requiritur domicilium.
- 44 Viatores non sortituntur forum loci, per quem transeunt.
- 45 Nec dicuntur mortales in eo esse.
- 46 Consuetudo jejunii relaxativa valida est, si sit generalis in tota Ecclesia.
- 47 Consuetudo particularis ex rationabili causa potest in partem jejunii relaxare, seu interpretari quoad horum collationem & cibos, & n. seq.
- 48 Jejunia de integritate qua sunt.
- 49 Jejunium solvitur ex geminata commisione.
- 50 Scilicet si aliquid sumatur pro collatione sicutina magis ad sustentationem naturæ, quàm ad delicias.
- 51 Et resistitur quorundam opinio circa collationem in vigilia Natalis Domini.
- 52 Hæc comedendi in diebus jejunii, quæ sit de consuetudine hæc.
- 53 Et quæ de jure scripto.
- 54 Cur in quadragesima sit hora Vesperarum.
- 55 Dies sabbati expletus dicitur post vespere.
- 56 Ovis, & lactiniis vesci licet in jejunio extra Quadragesimam nisi obstat consuetudo.
- 57 Consuetudo quæ in totum relaxat jejunium an valeat.
- 58 Quid in jejunio solemnibus.
- 59 Et quid in aliis non solemnibus.
- 60 Jejunia, quæ à singulis Diocesis per singulas Dioceses indicantur, ab omnibus judicatis sunt servanda.

Consilium. Doctores non sumant propter varia dicta, quæ facti per se sunt clara. Dividitur in septem partes, quæ patent per septem distinctos §.

Nota primò ex principio litteræ, jejunium esse in præcepto in vigiliis omnium Apostolorum hoc est duodecim, quos enumerat glossa in c. unico in verb. Duo deno de reliq. & vener. Sancti. lib. 6. præterquam in duobus vigiliis hic exceptis Apostolorum scilicet Philippi & Jacobi, & Joannis Evangelistæ, observationem in littera expressam, & hoc non obstantibus Gallicanis verbis, quos hic recitat glossa e. vide licet.

Petrus & Andreas, Paulus, cum Simone Judas, Ut jejunemus nos aliminet, atque Mattheus.

Nulla enim est ratio diveritatis inter hos, & alios Apostolos; & cùm omnes fuerint pares merito, pari etiam cultu sunt venerandi, secundum Abb. hic numer. 4. ut eorum sit æqualis festivitas, quorum aequalis est Sanctitas, cap. Scire 70. dist. Joan. And. hic n. 8. in gloss. 1. & Cardin. n. 2. vers. Oppono. Ad hoc d. c. unico de reliq. & ven. Sancti. in 6. Neque enim in his solemnibus jejunio quidquam operatur consuetudo, cum sit irrationabilis, ut latius dicam infra n. & in cap. seq. n.

Secundò nota in §. Item de illis, esum carniū in Quadragesima ægrotis esse indulgendum & pondera rationem in textu expressam, videlicet ut debilibus & infirmis propter abstinentiam à carnibus periculum non emergat. Quam litteram inducunt quidam contra Monachos Carthusianos, quorum status afferunt esse periculosum ex defectu charitatis, quia languentibus in extrema necessitate carnes non concedunt & Host. n. 5. in verb. Ab aliis, redarguit illos qui infirmis non compatiuntur more Carthusiensium. Sed illorum statum, ut hic recitat Joan. And. n. 3. efficaciter tueretur Magister Arnaldus de Villa Nova summus Medicus, & Theologus prosequendo verbum illud Psalmi 68. Adversus me loquebantur qui sedebant in porta. & c. subinductens illud Cantici 5. Fagnan. in III. Lib. Decretal.

Percusserunt me vulneraverunt & tulerunt pallium meum, & illis in proposito cooperatis, probat oppugnantiam doctrinam esse phantasticam & falsam; imò & hæreticam sapere. Falsitas patet, quia qui se obligat ad illud statutum ordinis, hoc facit ex amore Dei. Sed illa charitas est suprema, quæ Deum respicit per objectum. Ergo quod fit propter Deum & non in odium proximi, non potest dici contra charitatem. Quod autem dixit hæreticam sapere, probat, quia adversarius approbationis & tolerantiam Romane Ecclesiæ & singit novum dogma in pertinentibus ad utilem statum fidelium, ponendo languentes quodque non posse à mortis periculo sine esu carniū liberari, & sic ad vitæ longitudinem esum carniū necessarium, (nam ut ipse ait, virtus vitalis deficit aut propter malitiam morbi illam resolvitur, aut propter defectum alimentis per quod habet conservari vel restaurari.) Primo casu probat auctoritate Hippocratis dicentis: (Si deficientibus præ furia morbi cibus exhibeatur, suffocationis vel astertus vexationis gravamine superaddito coguntur vitam finire celerius.) Deficientibus autem propter penuriam alimentis si denegetur cibus & medicationi subdantur expirant velocius tabescent. Unde fit, ut deficienti propter morbi magnitudinem non proficit, sed obstat carnes. Deficientibus verò propter alimentis penuriam proficit. Sed præter plus competere vinum mediocre, maxime aromaticum; & vitellos ovorum mediocriter molles: quia velocissima digestione convertuntur in laudabilem & multum sanguinem, & quasi sine fatibus, Carnibus autem & ceteris alimentis aliquis prædictarum conditionem deest. Concludit ergo adversarios moveri aut ex invidia, aut ex animi passione, aut ex ignorantia phisicæ, secundum quam ad virtutem vitalem, vel cognitivam magis competunt supra dicta, quàm carnes. Licet fateatur ad confortandam virtutem motivam magis convenire carnes. Sed dicit inducendo Galenum confortantem virtutis motivæ non esse in ægrotis necessarium, quia modicum ægroti ipsius operationes. Ergo nec est necesse carnes.

Demum subdicit in sacra Scriptura non reperiri esum carnium inrimis necessarium; quod tamen de vino legitur ad Timoth. 5. c. Et si Christus ad fin. supra de jurejur. Item ad Romanos 14. Qui infirmus est elui manducet, non dicitur carnes. Item Psalm. 103. Vinum letificat cor hominis & panis confirmat illud. Cor attem est principium materiz virtutis vitalis, quæ confortatur per cordis læticiam. Inducit quoque exempla Christi, quem multi etiam infirmi sequebantur, ut à languoribus sanarentur, Luca 6. Quibus tamen egentibus alimento, quia tribus diebus jejunaverant paravit non carnes sed pisces, Marci 8. Similiter nec David illi Amaleciz, qui tribus diebus & noctibus non comederat. 1. Reg. 30. Item virtute deficiente propter penuriam cibiforum carnum non esse necessarium confirmat experientia, nam videmus in ipso ordine octuagenarios & centenarios mundorum sensuum. Item in prima etate, id est usque ad Diluvium, diutius vixerunt homines, quam in aliis ætatibus; & tamen non vescerantur carnibus, sed terræ salicibus, Gen. 3. ad fin. hie Comedes herbas terræ. Ad Noe autem dixit post diluvium, c. 9. omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum, capite. Ab exordio 35. dist. quod est Hieronimi contra Jovinian. lib. 1. & subjicit Joan. Andr. se hanc libellam ita in compendium redigisse, quia etiam suo tempore quam plures notabilis status amicis suis Carthusiensibus, apud quos est vera religio detrahere conabantur & illius verba ad litteram hie referunt & sequuntur Anton. de Butr. n. 10. Cardin. in §. Item de illis. n. 2. & Joan. de Anan. in cap. Sicut ex litterarum n. 2. infr. de homicid. & consentit hie Petr. de Anchar. n. 4. in ult. not.

7. Verum Abbas in c. Si verò num. 2. vers. Et per hoc dicere supra de jurejur. (Si inquit, à peritis medicis dicere fratrem Carthusien. Ordinis non posse aliter mortem evadere, nisi per esum carnium, non obstant regula, seu voto deberet carnes comedere.) Sicut enim juramentum non ligat propter periculum mortis, cap. fin. 22. quæst. 4. ita nec votum cum paribus passibus ambulat, ut notatur in c. 1. eadem caus. & quæst. in c. Debitorum de jurejur. in c. Licet & in c. Magna de voto. Et quamvis mox fateatur Arnaldum de Villa Nova summum, & quasi divinum Medicum in tractatu hac de re edito concludere vitam posse restaurari sine esu carnium, Subdit tamen. Si ex circumstantiis Medici dicerent contrarium, procedere primum dictum. Item posse contingere, ut ova infirmo essent saltitio & horrida, ita ut non possent illa sumere ut pluribus accidit quo casu in dubio hoc fieri tenendum, quoniam necessitas excusat ab omni precepto, ut hic in textu, qui etiam non obiter supponit hanc necessitatem in proposito esse possibilem. Usq. ad conclusio est juramentum & votum non esse servandum, cum sine interitu salutis corporalis servari non possent, prout etiam concludit glossa 1. in d. c. Si verò. Itaque ut verbis Silvestri utar in verb. Juramentum 4. n. 10. vers. Ex prædictis, Abbas Carthusiensis indiligens non reprobat, sed tantum in casu de judicio meo bene dicit.

8. Ultimo nota in §. Præterea, non debere quem vesci caribus in Quadragesima & solemnibus jejunii sine licentia Episcopi etiam legitima causa subit eas comedendi puta infirmitas, seu debilitas, ejusmodi enim licentia exigitur quia multi possunt apertitudine fingere & inter infirmitatem, & infirmitatem est diligendum, sicut inter coactum & coactum, ut in c. Majores §. Propter quod supra de Baptis. tenendum Hoff. hic n. 5. in verb. Sic tamen. Joan. Andr. n. 4. Butr. n. 10. in fin. & Abb. n. 5. Tu dic apertè hoc sanctum esse in Concil. Toletano VIII. c. 9. in hęc verba: Quisquis absque inevitabili necessitate, atque fragilitatis evadenti languore, seu etiam atatis impossibilitate diebus Quadragesimæ esum carnium præsumserit attentare, non solum reus erit Resurrectionis Dominicæ; verum etiam alienus ab ejusdem di. sancta communione & hoc illi cumulat ad penam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carnium abstineat, quia sacris diebus abstinentia oblitus est disciplinam, illi verò quos aut atas incurrit, aut languor extenuat, aut necessitas ardeat, non ante prohibita violare præsumant quam à Sacerdote permisso accipiant, referatur ab Yvoone, par. 15. cap. 89. & tomo 2. Concil. par. 2. pag. 492. Porro in indulgentiis vescendi carnibus consuevit apponi clausula, de consilio utriusque Medici, ut in indulto referendariorum utriusque Signaturæ, de quo in Constitutione Pauli III. Debita, in §. 17. ibi, Quadragesimalibus & aliis temporibus quibus esus carnium, ovorum, casei, & lacticiorum de jure vel consuetudine est prohibitus, ejusdem ovis, caseo, butiro & aliis lacticiis; ac de utriusque Medici consilio carnibus absque consensu scriptulo sui & casei, &c.

10. Bullar. tomo 1. pagina 460. Verumtamen si causa esset urgentis non peccaret qui sine licentia carnibus vesceretur, ut hic patet in §. Cum autem & tenet Abbas num. 4. in ultim. notat. Constat textus in l. 3. in princ. hic, nam interdum locus vel tempus non patitur plerumq. deliberandi consilium, ff. de exercit. ad. & quod dicit in cap. Relatum à num. 33.

supr. de Cler. non resist. Pleniùs tamen in hoc distinguit Silvestr. in ver. Jejunium num. 20. vers. Tertium, tradens regulam quam dicit servandam esse ex mente omnium Doctorum, nam aut certum est quod jejunare non possit ex causa evidenti; Et tunc potest propria autoritate jejunium dimittere. Aut est dubium; & consulendus est vir bonus & peritus, puta Medicus, aut Confessor vel alius, & si illius judicio causa sit evidens, similiter potest jejunium frangi propria autoritate, nam & eo casu causa evidens dici potest. Sin autem idem peritus sit dubius; tunc oportet adire Superiorem, qui declarare potest autoritative dispensando in dubio. Verùm si subesset periculum scandalii, etiam stante causa evidenti, petenda esset dispensatio. In hujusmodi autem dispensatione Superior est Episcopus tantum, nec sufficit licentia simplicis Sacerdotis etiam ex justa causa, secundum Hoff. hic nisi summa necessitas immineret, ita ut sine periculo ad Episcopum recursus haberi non posset, licet S. Thom. in 4. dist. 15. qu. 3. art. 2. qu. 4. ad tertium, teneat Sacerdotem posse dispensare, sed Canonizet contra per hanc Decretalem.

Quæro generaliter, utrum in jejunii servanda sit consuetudo.

Pro clariori solutione pono tres casus esse distinguendos. Aut enim consuetudo est jejunii inductiva, aut est jejunii translativa, aut jejunii relaxativa.

In primo casu absque dubio servanda est consuetudo, c. 16. illa 12. dist. & Præfop. num. 5. & cap. Utinam 76. dist. nam ut inquit Innoc. communiter receptus in rubrica illius in cap. 1. n. 2. vers. Tertium jejunium supra eodem. Jejunium est abstinencia victus secundum ordinationem Ecclesie, sive scripto, sive consuetudine approbatum. Unde Petr. de Palude in 4. dist. 15. apud Silvestr. in ver. Jejunium num. 7. dicit ad jejunia consuetudinaria ipsam consuetudinem ligare etiam scriptura non dicit, arg. cap. In his rebus 11. dist. Ideoque si in aliqua Diocesi consueverit certo die jejunari, hoc jejunium servandum est à Diocesani & indigenis sicut si Episcopus jejunium indicere. Quod clarè probatur, hic in §. Item de illis, ubi Pontifex consultus de illis, qui carnes comedunt in Sabbato, respondit, Super hoc consuetudinem tuæ regionis facias observari. Unde per hanc litteram Episcopum Diocesani indicere debere observantiam consuetudinis indigentis jejunium, seu abstinencia à carnibus in sua Diocesi, docet Hoff. n. 4. in ver. Consuetudinem & n. 5. in ver. Sic tamen Butr. n. 6. Card. in §. Item de illis n. 1. & reliqui.

Hinc inferunt primo, ut abstinencia à carnibus circumscripta consuetudinem in sola die venier per totam hebdomadam sit in precepto, ut in c. De esu carnium. Et quod hic notatur, de consecr. dist. 3. At comedere carnes in Sabbato est mortale ubi non est consuetum, ut in c. Quia dies de consecr. dist. 5. non autem ubi est consuetudo comedendi, ut in Francis Catalonia & aliis partibus, quia statut consuetudini, ut in d. c. Illa autem 12. dist. & concludit Abb. hic in 1. notab. & Silvestr. in ver. Jejunium num. 28. vers. Tertium. Unde & apud Græcos tolerandus est usus carnium in die Sabbati, ubi sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsis & inter eos tantum, ut cavetur in Constitutione Clementis VIII. pro instructione super aliquibus ritibus Græcorum edita 31. Aug. 1595. in §. 6. in Bullar. tomo 3. pag. 47. Nec obstat textus in c. Sabbato de consecratione dist. 3. per quem textum Glossa hic in verb. Sabbato, dicit non debere carnes comedi in die Sabbati. Quoniam loquitur de consilio, sicut cavetur de die Mercurii secundum Abbas, & Silvestr. locis citatis. Unde Archid. hic, quem ceteri sequuntur, exponit verbum, non debemus, de honesto, non de precepto. Rursus non obstat textus in cap. Quia dies de consecr. dist. 5. ubi dicitur: Quicumque se Christianæ religionis participem esse desiderat ab esu carnium eadem die (scilicet Sabbati) abstinere. Etenim eodem modo Gregorius VII. eo loci non loquitur de precepto sed de consilio, ut probat littera ibi, admonemus, & notat glossa in eodem verb. Et Silvestr. ubi supra, nisi sit consuetudo, ut abstinere, ut hic per glossam.

An autem sexta feria non solum abstinencia à carnibus, sed etiam jejunium fit in precepto, Doctores con conveniunt. Sed communiter tenetur jejunium non esse ex precepto, sed ex consilio tantum, prout de communi testatur Abb. in c. seq. n. 1. & notat Innoc. in rubr., aliis in c. 1. supra eod.

Inferunt secundò, ut quamvis in Adventu Domini ex precepto non sit jejunandum ut hic est textus quasi expressus in §. Jejunium. Secundum Abb. ante num. 1. post Innocent. ubi supra num. 3. Quidquid dixerit Butr. hic n. 2. tamen secus sit, si hoc habeat consuetudo. Unde Pontifex hic dicit, tamen apud nos jejunari, quasi dicit, habemus hoc de consuetudine; super hoc autem nullum statutum facimus, nec aliquem adstringimus, sed quilibet consuetudinem suam servet; ut formaliter inquit Hoff. hic n. 4. in

verb. Apud nos, cujus dictum sequuntur Joan. Andr. n. 1. in eodem vers. Cardin. n. 3. Collectar. n. 4. & Abb. ante num. 1. vers. Unde hie Para. Et quod dictum est de Adventu idem intelligi de Vigiliis Rogationum, in quibus consuevudo servanda est, ut notatur in c. Rogationes de consecr. dist. 3. & per Abb. in supr. eodem numer. 6. in fine vers. Item habitatur de vigiliis Rogationum.

26. Adverte tamen, quia in hujusmodi consuetudinibus non fit extensio de loco ad locum, adeò ut nec consuetudo peculiaris Ecclesie Romane sit necessaria observanda in aliis locis, ut notat glossa in cap. 1. in verb. Dotuit de Summa Trinit. l. 6. & Abbas hic num. 1. & probatur in cap. Illa 12. dist. 12.

27. Rursus adverte, quia in his consuetudinibus nec fit extensio de uno ad aliud genus personarum, ideòque consuetudo laicorum non ligat Clericos, nec Clericorum secularium, religiosorum, quia distincti sunt modi abstinencia inter hos tres status & plures abstinencia habent Clerici, quam laici, & religiosi quam clerici seculares. Unde non oportet ut ad eorum jejunia ligentur, quorum etiam consuetudinibus à suis jejunii non absolvuntur, secundum regulam quam quis, quem non honoro nec onero. Ita Silvestr. in d. verb. Jejunium num. 7. Et hæc de consuetudine jejunii relaxativa.

28. In secundo autem casu principali, id est in consuetudine jejunii translativa, concludere servandam esse consuetudinem secundum quem jejunium in certa die ab Ecclesia indictum in aliam diem ex rationabili causa translatum est ut hic per Hoff. num. 4. in verb. De casus, & probatur in §. de festivit. ubi est expressum in colenda festivitate S. Bartholomæi & consequenter in ejus vigilia servandam esse regionis consuetudinem, hoc enim ex rationabili causa introductum est, nam cum die 24. Augusti fuerit excoctus & die sequenti obierit, alibi obierit dies martiri, alicubi verò ut Romæ dies obitus, secundum Petrum de Sampone, Abb. Antiq. & Hoff. ubi supra, Collectar. n. 2. Joan. Andr. eod. n. in verb. Bartholomæus, qui adducit simile de festivitate B. Margarite cujus festum diversis diebus colitur propter sui diversam martina, nam secundum eum apud Bononienses celebratur die 12. Julii, vel die 14. secundum Anton. de Butr. n. 9. subdit tamen Joan. Andr. se reperisse in Specul. Hitor. lib. 14. c. 2. coli debere die 20. Julii, & ita colitur Romæ & Patavii ut referat Cardin. n. 4. in fin.

Et hinc collige propter magnam loci solemnitem in die jejunii contingente licet fieri translationem seu commutationem jejunii in diem præcedentem autoritate Episcopi ad eum modum, quo festum Nativitatis Domini, Assumptionis Beatiissime Virginis vel alicujus Apostolorum, si contingat feria secunda non jejunatur in die Dominicæ, sed in Sabbato præcedenti ut est casus in c. prox. supra eodem, & ita tenet Innocent. supra in rubr. aliis in c. 1. n. 3. ubi referat in quibusdam locis Francie ubi sunt Ecclesie Sancti Quintini non jejunari in vigilia omnium Sanctorum, sed tertia præcedenti die, & sequitur Abbas hic in 2. notab. Præfop. in c. Denique num. 23. in fine 4. dist. & Silvestr. in verb. Jejunium, num. 19.

33. Hinc etiam & ex textu collige peregrinos & viatores in jejunii & abstinencia à carnibus debere se conformare consuetudini loci, ubi repertiuntur & ad hoc per Diocesanos compelli posse, ut hic patet & est optimus textus in d. c. Illa 12. dist. ubi Augustinus: Nec disciplina ulla est in his melior gratia prædicatorum Christianorum quam ut eo modo agat quo agere viderit Ecclesiam ad quamcumque forte devenerit & itia, Mater mea Mediolanum me consecuta invenit Ecclesiam Sabbato non jejunantem, carpat hanc agere quid ageret. Tunc ego consului hac de re beatissimæ mem. virum Ambrosium & ille ait: Cum Romæ venio jejunio Sabbato, cum Mediolani sum, non jejunio. Sic etiam tu ad quam forte Ecclesiam veneris, ejus morem serva si cuiquam non vis esse scandalum, nec quemquam tuis, ubi glossa in verb. Societatem referat illud vulgatum.

Si fueris Romæ, Romano vivito more, Et si sis alibi vivito sicut ibi.

Et pro hac parte concludit Abb. hic in fine, subdens propterea peccare Catalanos, qui comedunt in his partibus carnes in die Sabbati, licet illi in eorum partibus licitè vescantur. Quod autem ipsum docuit Cardinal. in Clementina. Dignum, quæstione 5. de celebrat. Missarum, & sequitur Silvestr. ubi supra n. 28. dicens. Qui carnes in die Sabbati in suis partibus comedere consueverunt, ut in Francia & Catalonia, comedendo in partibus aliis ubi hoc non est consuetum, secundum Directorium peccant, ut in c. Quia dies de consecr. dist. 4. & c. Illa 12. dist. à contrario sensu. Et idem dicendum de Mediolanensibus qui in aliis locis comedunt carnes in diebus carnis privi, de quo tamen vide Christophorum Portum in §. sed quod Principis in fine instit. de jure nat. ubi etiam persequitur quid in scholasticis qui Mediolani repertiuntur eo tempore quo Mediolanenses ex privilegio Sancti Ambrosii vescuntur carnibus, de quo pri-

vilegio latius dicam in cap. sequenti à num. 111.

Id ipsum sensit Navarr. in man. c. 28. n. 120. vers. Sexto, ubi dicit peccare eum qui vescitur carnibus vel alio cibo vestito in aliqua Regione, etiam eo tempore quo licet ei vesci in sua, licet & converso non peccat vescendo eis in Regione quam transit vel in qua moratur, licet in sua id ei non liceret. Navarrus enim & Lusitanus vescentes in Castellæ die Sabbati extremis vel interioribus partibus animalium non peccant, licet in suis terris id eis non liceret, Castellanus autem idem faciens in Lusitania vel Navarræ, peccaret. Hæc Navarrus & consentit illius auditor Covarr. lib. 4. varior. resol. c. 20. n. 8. in fine.

Contrariam opinionem, id est peregrinos & viatores cessante scandalo non teneri in jejunii & abstinencia à carnibus se conformare consuetudini loci ad quem divertunt, tenet Archid. post Hugonem in d. c. Illa in fine 12. dist. Bellam. n. 1. Turrecrem. n. 2. in verbo Liberas & Præfop. n. 6. vers. Nota quod peregrinus. Dicunt enim extraneos qui ad tempus vivunt inter illos qui talem habent consuetudinem, debere illam observare, si non observando generent scandalum. quod satis innuit littera hic si cuiquam non vis esse scandalum nec ququam tibi. Ait enim Apollolus 1. ad Corinth. 7. si scandalizavero fratrem meum, non manducabo carnes in aeternum. Vel certe ille textus loquitur de consilio & persuasione secundum Hoff. relatum ab Archid. ubi supra. Et complures Theologos pro hac sententia novissime citat Thomas Sanchez de Matrim. lib. 3. dist. 18. n. 6. pro qua præcipue allegat textus in eod. c. illa 12. dist. in illis verbis, alia verò qua per loca terrarum Regionisque variantur, sicut est quod alii jejunant Sabbato, alii non &c. totam hoc genus retrahit liberas habet observationes. Sed profecto alius videtur sensus Augustini in eo Canone, nam primò docet observandas esse traditiones que in tota Ecclesia observantur. Unde dum immediate subdit. Alia verò qua per Regionem variantur, liberas habent observationes, non videtur intellexisse liberum esse unicuique speciales consuetudines observare vel non observare, alioquin consuetudines locales non essent ab incolis observandæ contra textum hic, sed dixit liberas, id est sine peccato, 1. ut sit sensus, illa que ex generali consuetudine recepta sunt ab omnibus servari debent. Sed illa que ex consuetudine particulari sunt alicubi introducta, ut comedere carnes in Sabbato, possunt observari liberè & absque Divina Majestatis offensa; & hoc sensu liberas habent observationes, quia illas observantes non peccant. Sed hinc non sequitur ut illas observare non teneantur. Vel certe intellexit liberas, id est quod extraneos qui non tenentur illas observare, nisi illuc divertant, ut innuit sequentia verba; & declarat Turrecrem. n. 2.

In hac veritate placet distinctio glossæ in d. c. Illa in verbo Venies, ubi dicit referat in peregrinis sint moraturi vel citò recessuri, id est an venerint animo habitandi an verò recedendi, ut primo casu teneantur servare consuetudinem loci ubi moram trahunt, in secundo autem non, scilicet scandalum, ut explicat glossa in c. qua contra in verbo aut peregrini 8. dist. quam distinctionem sequitur in d. c. illa Archid. n. 1. in verbo Serva, Turrecrem. n. 2. ubi verba illa liberas habet observationes exponit, id est quantum ad extraneos, quia apud eos libera est hujusmodi observantia, nisi veniant moraturi vel nisi non observando generent scandalum. Nec dissentit Præfopitus n. 6. dum sequitur Archid. quod eos qui veniunt animo non permanent. Eodem modo distinguit Silvestr. in verbo jejunium n. 7. ubi post Paludan. tenet ad jejunia consuetudinaria teneri indigenas & Diocesanos, alienigenas verò si veniant animo habitandi, ex tunc licitè jejunio consuetudinario, sicut & scripto. Si autem transeant solum, non ligari consuetudinibus & statutis terræ, licet in comedendo cavere debeant à scandalo, nam si esca fratrem meum &c.

Primum membrum distinctionis glossæ, videlicet de extris & peregrinis qui in loco sunt moraturi, probatur in d. cap. qua contra mores 8. dist. hic, nulli civis aut peregrini libidine violetur. Per quem textum Speculatur in rubrica de Constit. n. 7. dicit evidenter probari scholares & peregrinos ligari consuetudinibus loci ubi moram trahunt. Unde bene Card. in clem. 2. in §. q. de celebrat. Missar. scriptis Catalonens existentes in studio Tolosano peccare, si contra consuetudinem Cataloniae vescantur carnibus in Sabbato, juxta consuetudinem patriæ; & consentit Imol. ibid. col. 2.

Et quamvis glossa præallegata in d. c. qua contra, dicat solos perpetuò habitantes obligari lege civitatis, ut l. debitor, ff. de pignor. tamen illud verbum perpetuò perique ex Doctoribus non ponunt, sed simpliciter exigunt ut habeant animum habitandi, vel ut sint moraturi quod in idem recidit & ad fortiendam Parochiam seu forum Penitentialem non requiritur translatio domicilii vel animus perpetuò illic permanendi, sed sufficit sola habitatio de presenti secundum opinionem Feder. de Sen. conf. 254. incip. quæstio subsequens, quæm pluribus tuerit Anchar. in §. de uxore n. 1. d. sepali. & eam

commendat Abbas in e. *Extirpanda*, §. Qui verb n. 11. de *prob. & magis communitatem dicit in c. omnis utriusque n. 23. de Parit. & remiss.* quam etiam secuta est Sacra Congregatio Concilii, ut scripti in capite finali supra de Paroch. ubi hunc articulum valde à Doctores controversum plene examino.

42. Secundum verò distinctionis membrum, scilicet de illis qui statim sunt consecrati & sic de transeuntibus clarè probatur per textum in lege *hæres obiens*, §. *proinde*, ff. de iudic. ubi patet viatores non fortini fori loci per quem transeunt; & subnechitur ratio, quia durissimum est quocumque locis qui navigans aut iter faciens delatus est, tot locis se defendere. Circa quod vide quod scripti in c. *in supra de foro compet.* Idem facit pro hac parte, quis qui transit aut brevi tempore divertit ad aliquem locum, non dicitur moraliter in eo esse, leg. *Quasitum*, §. *fin.* & leg. *si ita ff. de legat. 3. c. nam & ego de verb. signif.* & c. ad nostram de Regular. ubi glossa in verbo *Statim* dat concordantes. Conferret Decretum Concil. Trid. in c. 1. sess. 23. hic, quoniam qui aliquantisper tantum abstant, ex veteri Canonum sententia non videntur abesse. Ad idem textum in c. 1. qui de sepalt. lib. 6. ubi qui ad villam ruralem se transferre recreationis causa vel ut ruralia exerceat, non efficitur hic Parochianus; & notat Card. in clem. 2. n. 8. ubi etiam Vitalin. n. 29. de privil.

43. In tertio denique & ultimo casu principali, id est in consuetudine jejunii relaxativa, distinguitur. Aut consuetudo est universalis in tota Ecclesia, aut est particularis in aliqua Regione vel loco. Si consuetudo sit universalis, illa proculdubio servanda est, textus est in d. c. *illa* 12. dist. hic: & si quis aliud tale occurrerit quod servetur ab universis, quocumque se diffundit Ecclesia; & tenet glossa communiter approbata in e. *prox.* in verbo *consuetudinem infra eodem*. Consuetudo enim Ecclesie universalis tanquam lex servanda est, c. *Pernitissus supra de celeb. Missa*. Et est ratio, quia illa que non scripta, sed tradita custodimus, que quidem toto orbe terrarum observantur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolis vel plenariis Conciliis commendata atque statuta retineri, que sunt verba textus in d. c. *illa*; & hic notat Archid. in *prin.* & inde fit ut illi qui nec voto nec regulari observantia sunt affecti, in sexta feria huius festum Nativitatis Domini die ipso venire contigerit, carnisbus propter festi excellentiam vesci possint secundum consuetudinem Ecclesie Generalis, ut est casus in e. *prox. infra eodem*. Conferret Decretum Concilii Tridentini de *Canonis scripturis* sess. 4. ubi Sacra Synodus traditiones vel tanquam ore tenus à Christo vel à Spiritu Sancto dictatas & continuè successione in Ecclesia Catholica conservatas pari pietatis affectu ac reverentia suscipit ac veneratur. Ad idem, *sessio* 13. de *Sacrosanctissimo Eucharistico Sacramento*, capite octavo; & hic. Qui mos tanquam ex traditione Apostolica defendens, iure ac merito retineri debet.

45. Sin autem consuetudo sit particularis in aliqua Regione vel loco, iterum subdividenda sunt duo membra. Primum est, cum consuetudo non relaxat jejunium in totam, sed in partem duntaxat. Et in hoc primo membro, cum de integritate jejunii secundum Richardum in 4. apud Silvestrum in verbo *jejunium* n. 9. tria snt, videlicet comestio unica, determinata hora comedendi & abstinencia à carnibus, item ovis & lacticiis in quadagesima, in his omnibus aliquid potest rationabiliter consuetudo, ut tenet Abbas in *rubr. supra eodem* n. 4. ubi quod dicit Host. hic, videlicet consuetudinem nihil posse in jejuniis solemnibus, declarat procedere quando consuetudo ex toto vult illud tollere, scilicet si interpretetur qualiter sit excludendum jejunium, puta quoad collationem, horam & cibos; & hujusmodi, quia consuetudo est optima Legum Interpretes, c. *cum dilectus de consuec.* & sequitur Silvester in verbo *jejunium* n. 8. Dummodo tamen hujusmodi consuetudo ex rationabili & honesta causa introducta sit, non autem ut homines intendant ventri & gaudiis temporalibus, ut per Abb. in e. *seq. n. 3.*

47. Hinc inferitur primò, ut quamvis geminata comestio in die jejunium solvat, eò quòd universalis Ecclesie consuetudo que pro lege habenda est, sic obtinuit ut semel tantum comedatur, ut tenet Goffredus & communiter Theologi in 4. dist. 15. teste Silvestro in verbo *jejunium* n. 9. & probat Abb. in *rubr. n. 3.* inducens ad hoc c. *Quadragesima de consecr. dist. 5. & c. sint tibi dist. 4.* Tamen secundum eum aliquid sumere pro collatione serotina magis ad sustentationem nature quam ad delicias, non est peccatum nec jejunium frangitur, dummodo hoc fiat temperatè secundum consuetudinem loci, de uno vide plenius per Silvestrum ubi supra n. 10. vers. *Tertium de collatione serotina*, licet non defuerint ex recentioribus qui in hac materia usque adeò laxaverint habenas, ut scripserint, in vigilia Nativitatis Domini propter consuetudinem licere pro refectione serotina comedere usque ad sexdecim uncias panis & dulciorum, inter quot Facundez præcept. 4. lib. 1. c. 4. n. 19. qui imò Medina in 1. parte *Instruct. de consuec.* s. 14. §. 10. vers. *Donde se signe*,

amplius putavit licere ex pane & fructibus sumere quantum libuerit.

Sed profectò hoc non esset jejunium moderati seu interpretri, sed prorsus solvere ac destruere. Unde consuetudo hujusmodi in tam solemnè jejunio dicenda esset potius corruptela, ut patebit infra in 2. membro.

Inferitur secundò, ut similiter quoad horam prandii in diebus jejunii consuetudo sit lex & statutum Ecclesie; & hoc secundum omnes estur hora non comedatur, teste Silvestro in verbo *jejunium* n. 12. sed quia hora non dicitur & in principio & in fine, Sanctus Thomas in 4. dist. 15. q. 3. art. 3. q. 1. videtur velle, ut in omni jejunio prandendum sit hora non completa, id est hora tertia post meridiem, ut explicat Silvester ubi supra n. 11. & 12. ceterum Petrus de Palude cui adhæret Silvester *ibidem*, asserit hoc verum esse tantummodo quoad jejunium Quadragesimale; in aliis verò dicit licitum esse prandere in principio nonne, id est in meridie. Sed quia hujusmodi lex est consuetudo, propterea ut ipse dicit, consuetudini standum est populi Dei, ut in meridie non per Astrolabium, sed grosso modo computato comedatur, ut in e. *In his 13. dist.* quod etiam docuit Sanctus Thomas loc. cit. & per eum Turrecrem. in d. c. *Solent* n. 2. vers. *Respondendo dicendum* & in verbo *hora de consecr. dist. 1.* Jure tamen scripto nulla hora est determinata comedendi in die jejunii, nisi hora Vesperarum tempore Quadragesimali, ut est textus in d. c. *Solent*; & tenet Abb. in *rubr. supra eodem* n. 2. & Silvester ubi supra n. 12. Rationem egregie assignat Petrus & Hugo; & post eos Archid. in d. c. *Solent* & Abbas ubi supra, quia scilicet jejunium Quadragesimale majoris celebramus ad imitationem Christi; & quia Christus jejunavit quadraginta diebus & quadraginta noctibus nihil comedens, debemus & nos toto illo tempore jejunare, nulla die vel hora comedentes, si natura non pareretur humana. Sed quis hoc non est possibile in humanis præter Divinum miraculum, statuit Ecclesia ut saltem per omnes quadraginta dies sic sumptos fideles jejunarent, nam post Vesperas expletas, dies sic expletus dicitur, cum aliud Officium diurnum non superstit, ut latius per Archid. ubi supra, quem notidem verbis sequitur hic Bellama n. 2. vers. *Sed quare hoc fit statuitur & Turrecrem. numero 2.* in verbo *hora* vers. *Dicit autem Hago.*

Inferitur tertio, ut extra Quadragesimam in diebus jejunii liceat vesci ovis & lacticiis, si hoc habeat consuetudo, ut est notabile dictum Archid. in e. *Rogationes de consecr. dist. 3.* quem sequitur Abbas supra in *rubr. numero 5.* vers. *Sed vide notabile dictum*, subdens hanc videri laudabilem consuetudinem, præsertim in Civitatibus ubi non est copia piscium ut Senis.

Jure tamen scripto, quamvis Goffredus in definitione jejunii comprehendat abstinencia à carnibus & trahentibus fermentatis originem à carnibus, ut ab ovis, lacte & casto, c. *Denique 4. dist.* idemque videntur sentire Innoc. supra in *rubr.* dum dicit ex causa, puta propter penitentiam piscium statui posse ut liceat uti illis lacticiis, licet utentes extra Quadragesimam, secundum eum non frangat jejunium, sed peccent. Veritas tamen est eum lacticiis non esse ab Ecclesia vetitum nisi in Quadragesima, nam d. c. *denique 4. dist.* quod facit mentionem de his lacticiis loquitur de jejuniis Quadragesimalibus, sed in aliis jejuniis nullus textus specificè de hoc disponit; & sic transeunt communiter Doctores, ut Abb. restatur supra in *rubr. n. 5.* & sequitur Silvester in verbo *jejunium* n. 15. dicens eum ovorum & lacticiis interdictionem esse in Quadragesima, ut in d. c. *Denique*, non autem in aliis secundum Sanctum Thomam, Petrum de Palude & communiter Doctores, nisi hoc habeat consuetudo quam ubique servandam in jejuniis dixerant Augustinus & Ambrosius in capite *illa* 12. distinctione & in capite *Utinam* 76. *dist. 11.* Unde in omnibus jejuniis præter Quadragesimam hæc comedi possunt, ubi consuetudo habet ut comedantur.

Secundum membrum superius propositum est, cum consuetudo relaxat & solvit jejunium in totum; & sunt opiniones, nam glossa hic quam propter ejus autoritatem dicit esse mente tenendam Abb. n. 5. vers. *Sed notat glossa*, sentit consuetudinem hanc jejunii relaxativam validam esse. Idemque sentit Host. in *summa* hoc tit. §. *quando jejunandum*. Verum idem Host. hic n. 2. vers. *Teneat tamen primam*, retractat quod scripsit in *Summa*, ait enim esse quædam jejunia solemnia in quibus contraria consuetudo non operatur sicut quadragesima & quatuor Temporum & Festivitatum præcipuarum. Et hoc dicit Host. sequuntur hic Joannes Andreas n. 8. Butr. n. 12. Card. n. 2. & reliqui omnes. De communi Præpos. in c. *Denique* n. 23. 4. dist. In alio autem habet locum consuetudo nisi Prælati aliud injungat, ut idem Host. notat post Innoc. in *rubr. supra eodem*, vers. *Sunt autem jejunia in diebus necessaria* & vers. *ad hæc*; & secundum hoc dicit esse intelligendum quod scripsit in *Summa*. Jejunia enim que à singulis Diocesanis per singulas Dioceses inducuntur, ab omnibus subditis

subditis sunt servanda, c. 1. ad finem de consecr. dist. 4. cap. *jejunia* dist. 5. & notat Host. hic n. 5. in verbo *Et alii jejunibus* jejunis. Joan. Andr. n. 4. in fine in eodem verbo. Butr. n. 4. & 11. Anchar. n. 3. in 4. notab. & Card. in §. *Præterea* n. 1. de hac tamen consuetudine jejunii relaxativa

dicam plenius in e. *seq.* in questione, an ex consuetudine immemorabili in populo Mediolanensi potuerit præscribi contra numerum quadraginta duorum dierum Quadragesimæ ab Ecclesia institutum.



DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM

Honorius III. Pragen. Episcopo.

CAPUT III.

Explicari per sedem Apostolicam postulasti: & infra, Respondemus quòd illi, qui nec voto, nec regulari observantia sunt adstricti, in sexta feria, si festum Nativitatis Domini, die ipso venire contigerit, carnisbus propter festi excellentiam vesci possunt secundum consuetudinem Ecclesie generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt, qui ob devotionem voluerunt abstinere.

SUMMARIUM.

- Carnibus vesci licet si festum Nativitatis contingat in sexta feria, exceptis piscibus & oventibus.
- Regulares in sexta feria an teneantur à carnibus abstinere ex voto, an ex regula & n. seq. usque ad n. 11.
- Et an, & quando teneantur ex voto ad observantiam regularum.
- Regula Prædicatorum non obligat transgressores ad aliquam castam neque mortalem, neque venialem, sed tantum ad castam tantam, & n. 9.
- Religiosi ad que obligentur ultra communia Christianorum vincula.
- Frater Minores obligantur ex voto professionis ad omnia, que in regula ipsi sub verbis obligatorum indicantur.
- Et in specie ad jejunandum in sexta feria.
- Votum in dubio intelligitur de sim. licet.
- Præcepta regule ex ipsi natura obligant ad mortale.
- Obligatio nunquam inducitur ubi constat de mente legis obviare volentis.
- Carnibus vesci non possunt in die Nativitatis Domini, qui voverunt illas nunquam comedere.
- Voverunt abstinere à carnibus in sexta feria an teneantur abstinere si ea die occurrat festum Nativitatis, & n. seq. usque ad n. 30.
- Votum debet intelligi ut non sit inutile, sed aliquid operetur, & n. 20. & 22.
- In voto magis attenditur intentio voverentis, quam verba.
- Voverunt abstinencia à carnibus in die, in quo pervenerit ad locum peregrinationis, vel in quo occurrit solatio Virginis, teneant abstinere etiam in Dominica Resurrectionis.
- Votum abstinencia à carnibus in die Veneris, an obliget in die Nativitatis non apparet de intentione voverentis, & n. 34.
- Et quid si votum fuerit emissum in memoriam Passionis Domini.
- Dicitur Vesci licet non tantum spiritualiter, sed etiam corporaliter honestè latari in cibis, & vestibus.
- Autoritas legis, vel Superioris in juramento, & voto semper intelligitur exacta.
- Votum abstinencia à carnibus in die Veneris, nisi comprehendat diem Nativitatis, est derogatum.
- Statutum est nullum si disponat item quod ius commune.
- Voto se adstringere ad id quod est in præcepto, non est inutile.
- Franctibus duplex difficultas rumpitur.
- Voverunt abstinere à carnibus in diebus aliis permissis teneant abstinere etiam in die Nativitatis.
- In voto non fit extensio de casu ad casum.
- Fagnan. in III. Lib. Decretal.
- Legis intellectus referri debet ad casum frequentis contingentem.
- Jejunare voverens in sexta feria tenetur etiam in die Natalis Domini.
- Consuetudo universalis Ecclesie censetur traxisse originem ex traditionibus Apostolorum, vel ex Generalibus Conciliis.
- Consuetudo potest jejunium modificare, si ex rationabili causa sit introducta, non autem ut homines intendant ventri.
- Mediolanenses an potuerint præscribere contra numerum quadraginta duorum dierum Quadragesimæ ab Ecclesia institutum, & n. seq. usque in finem.
- Quadragesima ratione jejunii est de jure divino, ratione temporis ex traditione Apostolorum.
- Quadragesima quot habeat hebdomadas.
- Quadragesima nulla referitur, qua saltem quadraginta duos dies non habeat, & n. 42.
- Quadragesima in Ecclesia Orientali, in qua non jejunatur Sabbato, incipit in Quinquagesima.
- Quadragesima quadraginta duorum dierum, quæ utitur Ecclesia Romana, additi fuerunt alii quatuor, videlicet Mediolanensis Ecclesie hos quatuor dies non admisit, numer. 37.
- Quadragesima S. Ambrosii qua sit, & n. 38.
- Quadragesima est decima pars totius anni, instituta ut decima temporis Deo redderetur.
- Mediolanenses, qui in lustris prætorum pedes lavant aqua consecrata, excusantur ob autoritatem Ambrosii.
- Quadragesima Mediolanensis Ecclesie in quo differat à Quadragesima Ecclesie Romana.
- Consuetudo præsertim jejunii relaxativa tollit legem & debet esse rationalis, & legitime præscripta, & n. 34.
- Ratione legis manente, non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit.
- Consuetudo irrationabilis, & impræscriptibilis est, quæ discrepat ab instituto universalis Ecclesie, aut quæ est contra Ecclesiasticam disciplinam.
- Quadragesimam totam violavit, qui unam diem abstinendo prætermisit.
- Consuetudo requirit potentiam cum voluntate Principis, cuius est legem abrogare.
- Privilegium in materia non verisimili præsumitur falsum & subrepticium.
- Can. Denique 4. dist. non est B. Gregorii, licet sub illius nomine referatur.
- Crimina sunt sustinenda ratione scandali, vel schismatis.
- Consuetudo in d. libris excusat multitudinem à pana temporalis, sed non gehennali.